BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 K
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

30 C 41
30 C 41
13-10-B-18

Coll. Rom. Soc. Jesu cat. inscr. B. S.

Opiniones
IN IVRE COMMVNES,
SECVNDVM ALFABETI SERIEM COLLECTAE

per

Excellentiſ. ac Celeberrimum Iureconſultum D. Ioa. Baptiſtam à Villalobos Toletanum collectæ: Cunctis tam in Scholis profitentibus, quàm in Palatijs verſantibus apprimè vtiles, necnon neceſſariæ.

Cum Priuilegijs Illuſt. Senat. Veneti, & Pij IIII. Summi Pontificis per decennium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Vincentius Luchinus Bibliopola Romanus excudebat.
VENETIIS, M. D. LXI.

PIVS PAPA IIII.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

MOTV *proprio &c. Cum ſicut accepimus: dilectus filius* Vincen*tius Luchinus* Bibliopola *in* Al*ma urbe noſtra commorans, ad cõmunem omnium ſtudioſorum utilitatem, ſua propria impenſa quamplura opera in iure ciuili & canonico & diuerſos libros Græco, Latino, in* Italicum *& alios ſermones & econuerſo translatos, & per commiſſarios & inquiſitores approbatos, hactenus non impreſſos imprimi facere intendat in hac* Alma Vrbe*, ſiue* Vene*tijs, uel Lugduni, aut ubi illa commodius imprimi facere poterit: nõ mediocres, quinimmo maximos ſumptus eum ſubire oporteat atque labores.* Dubitatq; *ne huiuſmodi opera & libri poſtmodum ab alijs impreſſoribus &* Bibliopolis *abſque eius licentia imprimantur: quod in maximum eius damnum & præiudicium tenderet.* Nos *propterea eundem* Vincentium *ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequen. & eius indemnitati conſulere uolentes, motu ſimili eidem* Vincẽtio *nequis opera et libros prædicta, neq; eorum aliqua per ipſum imprimenda, per decem annos poſt impreſſionem dictorum operum & librorum a quoquam ſine ipſius licentia imprimi, aut uendi, ſeu uenalia teneri poſſint concedimus & indulgemus: inhibentes omnibus & ſingulis utriuſque ſexus* Chriſti *fidelibus ubiq; exiſtentibus,*

& præſertim Bibliopolis & librorum impreſſoribus etiam Almæ Vrbis noſtræ huiuſmodi ac per uniuerſum terrarum orbem conſtitutis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ in terris uero ſanctæ Romanæ eccleſiæ mediate, uel immediate ſubiectis, etiam quingentorum ducatorum auri et inſuper amiſſionis librorum pœna, totiens quotiens cõtrauentum fuerit, ipſo facto & abſque aliqua declaratione incurrenda pro una eidem Vincentio loco damnorum, & pro alia partibus Cameræ apoſtolicæ applicandis: prout nos ex nunc prout ex tũc applicamus intra decenniũ ab impreſſione dictorum operum & librorum reſpectiue computan. dict. opera & libros ſine eiuſdem Vincentij expreſſa licentia dicto decẽnio durante imprimere, uendere, ſeu uenalia habere, & ad nundinas, ſeu ut uulgò dicitur ferias tranſmittere audeant, uel præſumant: Mandãtes uniuerſis uenerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq; Vicarijs in ſpiritualibus generalibus in ſtatu temporalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ etiam legatis & uicelegatis ſedis apoſtolicæ, & ipſius ſtatus gubernatoribus & aliis ad quos ſpectat & pertinet: ut quotiens pro ipſius Vincentij parte fuerint requiſiti, uel eorum aliquis fuerit requiſitus eidem Vincentio efficacis defenſionis preſidio aſſiſten. præmiſſa ad omnem dicti Vincentij requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, etiã ſæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate apoſtolica exequãtur, ac inuiolabiliter ob

ſeruari

ſeruari faciant. Volumus autē & apoſtolica auctorita te decernimus quòd præſentis motus proprij trāſumptis & exemplis etiam in ipſis operibus & libris impreßis plena & eadem fides prorſus ubique tam in iudicio quam extra habeatur quæ præſenti originali haberetur. Quodq́; præſens motus proprius in Acie cāpi floræ, et in ualuis Cācellariæ apoſtolicæ huius Almæ urbis affigatur, & ibidem per affixionem publicetur: & ſic affixus & in ipſis operibus & libris pro tempore impreßis, impreſſus perinde arctet omnes quos tangit ac ſi eiſdem perſonaliter intimatum foret. Et quòd præſentis noſtri motus proprij ſola ſignatura ſufficiat & ubique fidem faciat in iudicio & extra: regula noſtra in contrariam ædita non obſtante. Non obſtant. apoſtolicis ac in prouincialibus & Sinodalibus Concilijs æditis generalibus uel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinantium ſtatutis &c. etiam iuramēto &c. roboratis cæteriſq́; contrarijs quibuſcunque cum clauſulis oportunis & conſuetis.

Nomina librorum, uidelicet imprimis opiniones communes per ordinem Alphabeti per Baptiſtam de Villalobos collectas &c.

Placet motu proprio.

PRIVILEGIVM ILLVSRISS. SENATVS VENETI.

HIERONIMVS *Priolus Dei gratia Dux Venetiarum &c. uniuerſis & ſingulis Magiſtratibus, & officialibus urbis huius noſtræ Venetiarum, nec non Rectoribus quarumcunque terrarum, & locorum noſtrorum, cæteriſque miniſtris, & repreſentantibus noſtris, ad quos præſentes aduenerint; fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Significamus uobis heri in conſilio noſtro rogatorum captã fuiſſe partem tenoris infraſcripti: uidelicet, che per auctorità di queſto conſeglio ſia conceſſo al fidel Vincenzo Luchino libraro in Roma, che niun altro che lui, ò chi harà cauſa da lui: non poſſa per anni dieci ſtampare, ne fare ſtampare, ne altroue ſtampata, uendere in queſta Città, ne ſotto il dominio noſtro l'opeà intitolata Opiniones in iure communes, ſotto pena di ducati ducento, & di perdere tutti li libri, della qual un terzo uada alle coſe pie, l'altro al'accuſatore, & l'ultimo al'uffitio che fara l'eſecutione: eſſendo egli tenuto preſentar la prima ſtãpata alli Proueditori noſtri de commun per farli limitar il pretio, & oſſeruate tutto quello che è diſpoſto in materia de ſtampe.*

Quare

Quare auctoritate ſupra dicti conſilij mandamus uobis ut ſupradictam partē obſeruetis, & ab omnibus obſeruari faciatis. Dat. in noſtro Ducali Palatio. Die 18. *Nouembris. Indictione iiij.* M. D. L. X.

ANTO. AVGVSTINVS
EPISCOPVS ALLIFANVS
Bapt. Villalupio. S.

LIBRVM, quem communium opinionum inſcripſeras; quod mihi & argumentum ualde placebat, & opus ipſum magna diligentia abs te conſcriptum, multum in iudiciis auxilii tam iudicibus, quam aduocatis allaturum eſſe uidebatur; in vulgus ædendum Vincentio Luchino meo dedi. Neque enim mihi oportere uidebatur diutius domi continere, quod tam multis eſſet adiumento futurum. Odi autem id genus hominum uehementer, qui & ſuos partus ſuffocant, & alienos in domeſtico carcere includunt, & pænè in ſepulcro condunt; non minus, quam eos, quorum opera & ipſis, & cæteris tam deeſt, quod habent, quam quod non habent. ut illos omittamus, qui aliena pro ſuis uenditant, in quos lege Fabia agi poteſt. Quod ſi bene de genere humano merentur, qui ita uiuunt, ut patriæ, parentibus, & amicis, atq; cæteris hominibus, quod in ſe eſt, præſidio ſunt: qui hęc multorum adiumenta detrahunt, uti male de humano genere meritos ab omnibus explo

di oportet. Tu igitur fruere hac gloria, mi Baptiſta; qui, cum receptas has ſententias, in quas celebres Iuriſconſulti conueniunt, uideas per te fieri omnibus communes; ut facile ſit cuicumque hoc libello accepto, quid de quaq; re ab interpretibus iuris recipiatur, indicare: tum tibi omnes facilè hoc beneficio deuinxiſti. Iam uero, quæ addidiſti ex legibus Regiis Hiſpaniæ Vlterioris ſumpta, ſunt quidem a tuis maximi muneris loco libenter accepta. quod uerò indies maiora animo concepiſti, ea non ſolum abs te omnes expectant, ſed etiam flagitant. in quibus hoc etiam eſt, ut hæc ipſa multo fiant tua diligentia pleniora. uides enim latius patere hoc argumentum: cum non potueris: quis autem id poſſet: omnes omnium bibliothecarum libros iuris utriuſque euoluere? Interea tamen & hæc ipſa libenter accipimus, & quæ polliceris, auidè expectamus. Me quidem certè habebis ſemper omnium rerum tuarum beneuolum fautorem; quippe quem uel de hoc libri tui munere, quo me ante aliquot annos donaſti, multum amare confitear, ac præ me feram. Vale Calendis Februarii. 1561.

Ad

Ad Lectorem

SI non ignorare cupis benigne Lector, quorum auctorum veſtigia in hoc tã utillimo; & grauiſſimo opere, ſequutus Auctor fuerit noſter: & quorum ſententias, communesque opiniones ſparſim, celeberrimorum Iureconſultorum, & ueterum, nec non recentiorum, lecturas, atque reſponſa percurrendo, in unum, opuſculo hoc congeſſerit: hic non ab ſonum, apponi eorum ſi non omnium nomina, pleraque ſaltem, fore duxi. Vt etiam auctori ipſi innumeres grates perſoluere omnes non deſinamus propter ingentes quos pro communi omnium utilitate, ſumpſit labores: qui ad praxim ipſam omnia ſpectantia floſcula, (ut toruo non intuenti oculo uidere fas erit) ex tam uaſto, & ampliſſimo campo lecta nobis obtulerit. Vale.

AVCTORVM NOMINA SEQVVNTVR.

Albericus.
Angel. lect. Conſt. & 7. de maleſic.
Alexan. lect. & Conſt.
Albert. brun.
Afflicta deciſ. & ſuper Conſtit.
Abbas Panor.
Antonius de butrio.
Alciatus.
Antonius nicenus.
Antonius de tremo.
Antonius corſectus.
Antonius de ſano.
Aymon grauetta.
Anton. rube.
Auſerius deciſ. toloſ.
Andreas Tiraquellus.
Bartolus.
Baldus.
Balbus.
Boerius.
Bellonus.
Bertandus.
Barbatia.

Baldus

Baldus nouellus.
Baptiſta de ſanc. Blaſio.
Bartolomeus Soccinus.
Cinus.
Corneus
Cumanus.
Cœpolla.
Caſſaneus in Conſuet. burgu.
Carolus de graſſatio.
Couarrub. reſolut.
Curtius ſenior.
Curtius iunior.
Cardinalis zabbarella.
Caßiadorus deciſ.
Calcaneus.
Dinus.
Decius lect. & conſi.
Dida de ſegu.
Fulgoſius.
Florianus.
Fortunius garcid.
Fellinus.
Franciſcus aretinus.
Ferdinandus de loazes.
Geminianus.
Gozzadinus.
Gomeßius.
Guido papa deciſ.

Gulielmus

Gulielmus mainerius.
Gulielmus de Benedictis.
Gigas 7. de penſionibus.
Hoſtienſis.
Henricus broich.
Hypolitus de marſilijs.
Hieronimus Cagnolnus.
Herculanus.
Ioannes Andreæ.
Innocentius.
Iaſon.
Iſernia.
Ioannes de Anania.
Imola.
Ioannes monachus.
Ioannes igneus.
Iacobus butricarius.
Ioan. Baptiſta de ſanc. Seuer.
Iacobinus de ſanc. Georgio.
Ioannes maurus.
Ioannes lupus.
Ioannes duran.
Ioannes de garo.
Ioannes Nicol.
Ioannes Crotus.
Ioannes de ſelua.
Ioannes Coraſius.
Ludouicus Romanus.

Lamber-

Lambertus de iure patron.
Lanfrancus de oriano.
Marianus ſoccinus.
Martinus laudenſis.
Maranta.
Marcus Antonius blancus.
Nellus in 7. de bannitis.
Neuizanus in ſilua.
Niguſantius.
Oldradus in conſt.
Otolaranus.
Præpoſitus.
Paulus caſtrenſis.
Petrus de ancharano.
Petrus nunius.
Petrus rauennàs.
Petrus Paulus pariſius.
Palatii rubei repetio.
Petrus belluga.
Philippus francus.
Purpuratus.
Pirrus in conſuet. dur.
Rochus de iure patron.
Rodoricus guaz.
Rodoricus ſuarez.
Remigius.
Rebuffus.
Rotæ deciſiones.

Ripa.
Speculator.
Salicetus.
Sebaſtianus uantius.
Stephanus de ſedericis.
Signorolus.
Sanctus Thomas in ſumma.
Thomas ferr. in Caut. Cæpol.
Zaſius.

Opiniones

IN IVRE COMMVNES, SECVNDVM ALFABETI Seriem collectæ per Eccellentiſs. Iur. V. Conſultum. D. Baptiſtam à villalobos Toletanum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ABsens cauſa reipublicæ reſtituitur ad appellãdum Fran. de are. conſi. 160. num. 7. communem dicit.
§ Concordat cum hac communi, l. x. ti. xxiij. part. 3. & cum hac .l. & communi concordat l. fi. C. de reſtitutione in integrum, quæ videtur limitari per l. is qui rei publicæ cauſa. ff. ex qui. cauſ. maio. cum abſens dimiſit procuratorem qui illum indefenſum reliquit: quia tunc non reſtituitur, quod planè eſt contra tex. in l. ſed etſi per Prætorem. §. hæc clauſula. ff. eo. quas, ll. concordat gloſ. dicens l. is qui, habere locum, quando procurator eſt ſoluendo, altera autem cum non ſit ſoluendo. quam ſolu. Io. Mau. de reſtitu. in integrum, c. 352. repellit. Et concludit. quod ſi abſens dimiſit procuratorem idoneum qui non appellauit; reſtituitur, ſi aũt non

erat idoneus non reſtituitur. quas ſolutiones noſtra comunis opinio & Aret.non tenent. Alias dicunt indiſtinctè reſtitui, & l. 10. vltra id videtur innuere quod ſi dimiſit procuratorem non ſit neceſſaria reſtitutio: ſed quòd oportet appellare infra decem dies poſt aduentum. Vt aliquid ob rempublicam tribuatur. cum generaliter dominus qui propter negligentiam procuratoris fuit grauatus in non appellando, ſi procurator eſt nõ ſoluendo: reſtituitur vt appellet. ſecundũ gloſ. Bar. & Bal. in l. i. §. fi.ff. quando appella. & Fulgo. in l. i. §. ſi procurator .ff. ſi quis ius dic. non optem.& Sali.in authe. hodie .C. de appel.quos refert Iaſ. in d. §. ſi procurator. num.13. vbi ponit regu.& limit. Et nota omnes iſtas opiniones vſque ad num. 8. pro intell. d. l. x. & l. xviij. tit. xxix. par. iij. & vi. Io. Mau.a.c. 332. vſque ad c. 352. pro intel. dictarum legum.

2 ¶ Effectus iſtius reſtitutionis operatur quod ſubducatur de medio tempus abſentiæ, vel impedimenti; Balbus de preſcri. part. 6. q. i. caſu. 22. num. 26. communem dicit.

3 ¶ Reſtitutio iſta debet peti infra quadrienium & terminari l. ſuperuacuam .C. de tempo. in integ. reſti. & currit a tempore læſionis completæ completa maiori ætate. vel poſtquam ceſſauit impedimentum. & ſic finita preſcriptione, ante tamen non currit quadriennium, Balbus ibi nu.27. communem dicit.

4 ¶ Quadriẽnium autem licet ſit aſsignatum ad petendam reſtitutionem poſt completam læſionem: tamen ſi læſio ſit per minus tempus reſtitutio eſt poſtulanda. poſt lapſum illius temporis, vt ſunt decem

decem dies ad appellandum, infra illud tempus debet peti: vel ſi per vnum diem fuerit impedit⁹ cauſa reipublicæ reſtitutio eſt petęnda infra illum diem; Balbus in d. q i. num. 28. communem dicit.

5 ¶ Tempus iſtud quadriēnij licet ſit in proſecutione continuum: tamen a principio eſt vtile, & ſic non currit niſi a tempore ſcientiæ, vel potentiæ petitionis. Balbus de preſcr. in 6. par. q. i. caſu 22. nu. 28. in fine communem dicit.

6 ¶ Fallit in æccleſia: quia ſemper tempus eſt vniforme: ideſt quadrienium licet læsio ſi: minoris temporis. Idem ibi eo; num. 28. in fine communem dicit.

7 ¶ Tempus infra quod cauſa reſtitutionis eſt terminanda, ſemper eſt vniforme: id eſt quadriēniū a die petitæ reſtitutionis. Idem num. 28. communem dicit.

8 ¶ Nota quod abſentibus cauſa reipublicæ non ita fauetur, ſicut minoribus: quia minores reſtituuntur ad integram cauſam; abſentes autem ſolum adj appellandū: Tiraquel. de vtroq; retra. de retra. ligna gier. §. 35. gloſ. 4. nu. 46. cōmunem dicit,

Nota tamen quod licet in hoc magis fauetur minoribus abſentibus, tamen milites cauſa reipublicæ rrſtituuntur ipſo iure; minores autem ſubueniuntur petitione reſtitutionis, Bar. & alij in lege i. C. de iur. & fac. igno. & Iaſ. conſ. 159. vol 2. quod etiam facit pro intel. d. l. 10. & 18. de d. Iaſ. meminit Tiraquel. in d. §. 35. gloſ. 4. num. 50.

9 ¶ Amplia iſtam communem quod in tantum eſt vera: quod ſi currat longiſsima preſcriptio: nihilominus competit reſtitutio infra quadriēniū.

Tiraquel. ibi num.47. communem dicit de hoc ui. in verſ. reſtitutio infra.

10 ¶ Abſens quando poteſt condemnari ſecundum formam ſtatuti in cauſa criminali, poteſt & procurator interuenire, Angel. in l. pe. §. ad crimen ff. de publi. iudi. Falle. 9. communem dicit, quem refert Augu. in addit. ad Angel. de male. in verbo qui iudex videns quod inquiſitus in addit. incipienti tu autem in hac materia. Sed Alex. conſ. 116. vol. 2. magis communem dicit contrariam quod non poteſt admitti.

* § Vt poſsimus deuenire ad aliquem intellectum l. regni. nota quod abſens de iure ciuili non poteſt condemnari .l. in abſentem .ff. de pæn. & l. abſentem .C. de accuſa. pęna. maiori relegatione. exceptis tribus caſibus, primus faciens aliquem ſpadonem .l. cornelia .§. cõſtitutum .ff. ad .l. corne. de ſicca. ſecundus, repertus in venali perfidia apparitor in .l. nę diu .C. de pænis. tertius, in crimine læſæ maieſtatis, per conſtitutionũ Henrici, quos refert. Hypolitus in .l. cornelia .§. conſtitutum numero 7. & Cæpol. in conſil. 49. num. 8. in crimin. Et in iſtis verificatur noſtra communis. vt per Hypo. in d. §. conſtitutum et Cæpo. in conſi. 49. ex quibus ſtante l. 9. ti. 2. li. 3. ordi. et l. 7. ti. 17. li. 8. et pragma. ſi. complutenſi de iure. Regio cũ per predictas .ll. abſens de quocunq; crimine poteſt condemnari, etiam ſi pœna ſit capitalis: videtur quod indiſtinctè in omni cauſa criminali intentata contra abſentem poteſt interuenire procurator. Sed contrarium tene. per l. 7. ti. 9. par. 3. ibi el miſmo por ſu perſona relatam. in d. pragma. 203. c. penul. compluten. vbi innuitur

in cauſa criminali non poſſe interuenire procura torem. pro abſenti: bene tamen interuenit ex cuſator proponens cauſas abſentiæ: vt habetur in d.l 7. ibi no viniere en ſu perſona delante el Iuz Gadoz a eſtar derectio o Enyare moſtrar eſcuſa derectra. por que no pudo venir. de quo per Ang. de maleſi. in verbo Iudex videns quod inquiſiti. verſ. quero an talis bannitus & hic ad excuſandam abſentiam, vel contumatiam l.pe. in fi.ff. de pub. iu.l.i.ff. an per ali. cau. ap. de quo per Bar. in con. 100. et vi. Corn. con. fi. li. 3. et con. 122. li. 4. et Dec. con. 429. et nota tex. in l. ſeruum quoq; §. publicę de procura. ff. quod quilibet non tanquam procurator. ſed tanquam quilibet pōt interuenire ad defendendum abſentem, vel eius innocentiam. Et iſtum tex. ad hoc nōt. et ſic illum intelligit Caro. mol. in addi. ad Alex. conſi. 116. vo. 2. in ve. procurator. Ex quibus dicuntur duę differentiæ, inter ius cōe et regni, in d.ll. prima quod abſens in cauſis criminalibus etiam maioribus relegatio ne condemnatur. Secunda. quòd non admittitur procurator, licet in hoc ſit cōformis legi cōi vt p Alex. in d. con. 116. Erit enim tertia quòd contu max fictus ęque punitur, Sicut Verus. ibi faciendo pregonar en aquel lugar do ſolia morar el em plazado y ſi morada no le Allaren deue ſer pregonado alli do el hietro ſe hizo. Pro quo eſt notandum quòd ſententia non valet contra abſentem non verum contumacem; vt quia non fuit inuen tus perſonaliter. l. eaq; .C. qūo et quando iudex: quia vera cōtumacia non dicitur etſi facta ſit citatio ad domum, vel in valuis eccleſię: niſi probetur noticia citationis ſm. Ange. in l. 1. §. biduum.

ff. qñ appel.ſit,et per Io. de Ro. de. 48. in nouis. quia ét ſi citatus ad domum, preſumatur ſciuiſſe citationem: ſm̃ glo. in l.ſi legibus.C. de epiſco. audi.non tamen dicitur verus contumax. Inn. in c.ſi.de eo qui mit. in poſ. et Feli.in c. cum ſit romana. de appell.quia fictiones non habent locum qñ agitur de incurrenda pęna.Io.An.in c. cogno gnoſcẽtes de conſt.et Iafre.de.3.Quarta quia cũ ſecundũ opinionem docto.licet verus contumax non poſſit appellare: fictus tamen appellat ſecun. gl.cõiter approbatam in cle.i. de dolo.et con. vt per Imol.ibi de quo per Bar.in l.ſi.C.de in inte. reſti.et Bal.in l. non eo die.C. qñ prouo.non eſt neceſſe.et glo.in l.i.C.qñ appel.non reci. et Bar. in l. & poſt edictum §.ſi.ff.de iudi.& in l.properã dum .§.& ſi quidem.C.eo.ti.& Inno.in c.i.vt lite non conteſtata &gl.in c.non ſolum de appel.in 6. & Ange.in.§.i.inſti.de obli.quę ex deli.naſcun.& Io. de Imol.in con.126. De iure autem regio fictus contumax de quibus in d.ll. nõ appellat· quia in dictis legibus contumax habetur pro confeſſo quę verba ſm̃ Pet.de Anch.in repe.c.i.de cõſtitu. & Bar.in l. omnes populi .ff. de iuſti. & iure & Imol. in l. inſulam ff. de verb. oblig. & Alexã.& Aret. in c. at ſi clerici de iudi.nu.19.poſt Bar.in l. obſeruare quorũ. appel.non reci.C.important ꝙ contumax non appellet licet Bal.in l. ita demum in verſ. reſtat nunc videre nu.6.C.de procura.teneant contrarium. Et Nellus. in trac.banni.in 4. par.i.tempo.in.1.q.& alij quos refert Ludo. carr. in repe.d.l. obſeruare nu.37. Sed tamen primam opinionem tene.& ita obſeruatur.tũc etiam quia in dicta .l. complutenſi datus eſt ordo ſi compa-
reat

reat infra annum quod audiatur: & Iudex de innocentia abſentis debet inquirere. & tenetur vt per Fran.de are. conſ. 146.etiam publicatis atteſtationibus ad defenſam abſentis poteſt teſtes recipere vt per Bar.in l. 4 §. hoc autem .ff. de damno infecto & in l.2.in fi.ff.de quæſti.& Bald. poſt Bar.in authen. atqui ſemel.C.de proba. & Doct. in ca. fraternitatis. de teſti.& Iaſ. in l. ſi quis .C. qui teſta. face.poſſunt. num.7.etſi inuenit eum ſine culpa:eſt abſoluendus. vt eleganter dicit Bar. in conſ.100. quem refert & ſequitur Hypo. in l. i §.ſi quis nu.71.ff.de quæſt.vbi cōgerit plures alios idem tenentes: Et idem diſponit dicta pragma. a contrario ſenſu, ibi ſi por el dho proceſo parcaerc. quæ ay prouanca vaſtante para le condepnar Et ad intel. d. pragma. nota dictum ſatis notabile quod fugiens ſi ſponte reuertitur, omnem ſuſpitionem criminis purgat l.i.C. de rece. re: non enim dicitur receſsiſſe habens animum redeũdi l.quid.ſi fugitiuus.§.i.ff.de ædi.edicto ſicut nec auis quæ ex nido euolat, breue reuerſura, receſsiſſe dicitur. Bar. in l. i.C. de ſer. fugi. Et habuiſſe animum reuertendi præſumitur qui infra annum venit. per d.l.i. & .c. cum contumacia de hære.in 6. & ob hanc cauſam licet inducat ſemiplenam probationem fuga contra fugientes: tamen ſi ſponte reuertitur in totum diluitur. vt, tenet Coraſi.in l. admonendi num. 75 .ff.de iure iuran. Et plus dicit Iaſ.in l. admonendi num. 90. in lectu.poſt Bar.in l.raptores.C.de Epiſco. & cler. quod fugiens de carcere. Si denuo eſſet incarceratus etiam inuitus quod propter illam fugam non eſt condemnandus quæ faciunt pro limita.l.

34.li.8.ti.18.in ordi. vbi diſponitur quod carceratus fugiens de carcere habetur pro factore. & circa dictam l. vi.aliàs 8.limi. per Epiſco. calagu. in ſuis regulis in ver. fuga. Item Nota quod ita ſunt de ſubſtantia. in dicta pragma. bamna, ac tēpora quod ſi non fuerint ad vnguem obſeruata, non poteſt abſens condemnari, & haberi pro cōfeſſo: & ita in indiuiduo dicunt Bald. & Iaſ. in authen.quæ ſuplicatio num.5.C. de præci. impe. offe.& Alexan.in l.2.num.9.ff.de iudi.per gloſ.in clem.i.de vit.& honeſt.cler.in uerbo tertio. Et in c.i. de mili.vaſal.qui con.eſt,in verbo tertiam vocationem in verſi.fæu.& vi.Alber. brunum in tra. de for. & ſolem.in arti. ex quibus conſiſtant forma verſ.37. fo.mihi 21.& in articulo quando cenſetur aliquid tradi pro forma conclu.16. ex quibus ſi contra abſentem de ſtilo alicuius curiæ obſeruentur alij termini in procedendo. vt eſt in cōpoſtela beati Iacobi. non vendicant ſibi locum pænæ iſtarum legum. Et ſi poſt ſententiam capiatur abſens: audiendus eſt ſuper omnibus contentis in proceſſu. & ſententiam tam in pænis corporalibus, quā pecuniarijs & ita pluries practicaui cum ibi eſſem iudex maior: præcipue. cum forma tradita a ſtatuto dicatur ſubſtantialis. Deci. in conſ.429.num.5. & de materia dictarum ll.vi. Ange. & ſuam add.Auguſti in tra.maleſ.in uerbo uidens, quod inquiſiti per totum & Hypol. in pract.in.§.poſtquam a num.35.uſque ad num. 62. & in conſ.64.num.43.& in conſ.117.nu.36.& in conſ.134.num.11.& Caſſan.in conſue. burgun. rubri.1.§.7.in princ. num.10. vſque ad finem & Ludo.carre.in practi.crimi.in princ.num.59.cum

alijs

alijs & Iſerni. & Mathe.de afflicti.in conſti. Neapo. incipienti Grandiſ.ti.i. in libro 2.& de materia poſteaquam hæc ſcripſi reperi. Petrum nuniũ de exequendis mandatis regum,cõſ.15 .vbi congerit quatuordecim correctiones iuris communis per d.leges.

Nota circa l.i.tit.3. lib.3. ordi. quæ loquitur de non conteſtanti infra nouẽnium & l.5.ti. 16.li. etiam 3.ordi.de citato ad audiendam ſententiam, quòd contumacia in d.ll. debet eſſe vera: & non ſufficit ficta, vt per Bart.in l. qui ſe non obtulit.§. condemnatum.ff.de re iudi.& Iaſ.ibi nu. 32: item nota circa d.l.i.quòd requiritur quòd dicta petitio ſit poſita in iuditio parte preſente uel procuratore ſuo. Vt per Anto. in c.2.de dila. & Panor. in c.fi.de iudi.& in tantum operatur ficta confeſsio in d.l.i.quod pars non admittitur ad probandum contrarium vt per Iaſ.in l.error.C. de iur.& fac. igno.num.6.& 7.reprehendentem Alexan.tenentem contrariũ de quo per Franc.de are. conſ. 146

Nota etiam quod licet per dictam l.non requiratur ſententia,ſed hoc eſt intelligendum uerum quò ad ipſum fictum confitentem, ſecus tamen quò ad ſuum hæredem quia requiritur ſententia: ſecundum Bal.in l.2.C.de eden.nu.27. quia confeſsio ficta hæredem non præiudicat.vt tenet Bar. in l.i.de priua.deli. uer. item quæro, & nota etiã quod dicta confeſsio dicitur iudicialis & ſolemnis vt tenet Areti.in c.at ſi clerici nu.21. de iudi. ex Cino.& Bal.in l.quoniam.C.de his qui nota; in fa. & de materia iſtius legis uid.Hypo.ſin.27.& Alexand.in addi.ad Bar.in l.tranſigere.C. de tranſacti; circa tamen l.5.ti.16.vi.l.3.ti.22. par.3.& l.

9.ti.23.par.ea;& quod Doctores tractāt maxime Io.de Imol.in l.ex conſenſu.ff.de appel.& in l.diu us el i.ff de in inte.reſti.& gloſ.in clem.i.de dolo. & contumacia in gloſ.fi.ubi dicitur quod non dicitur contumax niſi pars apparuerit ad accuſandā contumaciam. Et vi.Bal.in.l.falſus. C. de fur.& Alexand.in l.contumacia.ff.de re iudica.

11 ¶ Abſentiæ cauſas volens proponere non requiritur quod habeat mandatum. Prepo. in cap. ſi quando 2.q.6.nu.21.communem dicit.

12 ¶ Limita hāc communem ſi uelit defendere tanquam procurator quia tunc non admittitur ſine mandato Iaſ.in l.is qui.nu.7.C.qui teſta.face.po. communem dicit.

* § De iure regio habes l.10.ti.5.par.3.et l.5.& 14. li.i.ti.x.fo.ll.de quo per tex. in c.i. de procura. ꝙ coniuncta perſona quæ non excedit 4.gradum: & Maritus pro uxore,& ſocius pro ſocio, & cohæres pro cohærede, & alij de quibus in d. ll. cum cautione admittuntur: de rato tam ad agendum, quam ad defendendum: extraneus autem ſolum admittitur ad defendendum cum dicta cautione. Et cirra d.l.10.nota vnum quod ſi a principio egit ſine mandato: & lis eſt conteſtata,non petita cautione quod amplius per reum non poteſt peti cautio. quod uidetur contra l.licet de procura.C. cū exceptio falſi procuratoris poſsit opponi etiam poſt litem conteſtatam: ut concludit Alexand.ibi cum reddat iuditium retro nullū, ſed tamen pro concordia, dic quod dicta l.10.loquitur cum coniunctus agit pro coniuncto & cōcordat cum l.Pomponius.§.fi.de procu. ff.gloſ.in c.i.de procura.de quo per Bologni. in addit. ad Io.

Io.de anna.in conſ.104.poſt Cin. in l. inuitus.C. de procura. l.autem licet, loquitur in extraneo agente ſine mandato: & de materia falſi procuratoris vi.Io.de anna.conſ.96.& Bologni.in addit.

13 ¶ Nota etiam quod licet maritus poſsit agere pro uxore ſine mandato tamen ſi ſemel mādatum recepit amplius non poteſt agere ſine mandato. Iaſ.in l.maritus.C.de procura.nu. 8. cōem dicit.

Accuſari licet pænitentem de delicto, hanc dicit communem Fran.Aret.in cap. accuſaſti num. 5.de accuſa.

Accuſatio,ſicut inquiſitio debet continere locū, & tempus Aret.in cap.qualiter, & quando el ſecondo.§.debet nu.115. communem ait.

Accuſator quando non perſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam: ſi plures uelint unum accuſare, parte opponēte, Iudex debet eligere unum, qui perſequatur accuſationem; ſi tñ pars non opponit: ualet iudicium; communem teſtatur idem Aret.in ca.olim nu.10.de accuſat.extra.

Fallit ſi plures conſtituunt procuratorem ad accuſandum, tunc Procurator nomine omnium proſequitur cauſam, ut ipſemet Aret. ibidem cōmunem dicit, & reſpondet ad dictum Bart. in l.pen.§.ad crimen.ff. de publi.iudic. dicētis quod quando accuſator non proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam: non poteſt inſtituere procuratorē. Quod intelligit, quando accuſator non ſe deberet inſcribi ad pænam Talionis, ſecus tamen cum per obligationem ſuorum cauſam iam proſequitur, quod nota.

14 ¶ Actio oritur ex pacto nudo de iure canonico. Bapti.de San.Blaſio in rubri.de cre.q.25.diſtin.3.

Alci.

Alci.in cap.cum contingat num.173. de iur.iurã. & Cor. conſ.2.uo.1.littera b. communem dicit.
* § Concordat cum hac communi l.3.ti.8.lib.3. ordi.& l.i.ti.ij.lib.i.fo. ll. ubi dicta l. diſponit quod abſenti acquiritur obligatio facta . cuicumque perſonæ quæ eſt contra l. 7. ti. ij.par.5. Sed tene dictam l.3. & circa intellectum illius legis nota uerbum notabile Bar.in l.i.§.ſublata.ff.ad trebel. quem refert Dida de ſequ.in l. filius.ff. de uerbo. oblig.nu.75.quod ſi ex forma ſtatuti alteri per alterum acquiritur actio : intelligitur de directa ; quæ limitat communẽ opi.de notario acquirenti alteri , quod intelligitur de vtili. ſecundum Alci. in c.cum contingat de iur.iuran. nu.133. & infra in uerbo notarius quam intellige quando ſtatutũ diceret quod transfertur de uno ad alium : ut per Bal.in d.§.ſublata & Iaſon.
15 ¶ Limi. iſtam communem in policitatione. Fortu.gratia.in c.i.de pactis nume.12.in,6. & Alci.in rub.nu.8.ff.de uerbo.obliga.communem dicit.
* § Vt tironibus ſatis fiat:pollic itatio in hac limit. dicitur cum ſtamus ſolum in promiſsione : ut ſi prommitterem centum petro abſenti , nullo acceptante pro eo anteaquam acceptetur prommiſſio ſi reuocetur : non inducitur obligatio, de quo per d.Fortu.in d.c.i. & docto.in Rubri.ff.de uer. ubi dicitur quod poſtquam pollicitatio eſt acceptata:iam enim tranſit in pactum.& hoc uidetur in nuere dicta l.3.ibi. En qualquier Manera que uno ſe qui ſo obligare aberte . Cum ex pollicitatione nulla etiam naturalis obligatio inducitur , ut per Bar.in l.ſi unus .§. pactus nu. 16.ff.de pac. & Alcia.in d. rubri.num.7. & naturalis obligatio ineſt

ineſt ex ſimultaneo conſenſu.l.i.C. de pactis.

Aduerte quod in d.l.3.pactum nudum, & ſtipulatio æquiparantur: & cum æquiparatorum idem ſit iudic.gloſ.in cap.ſi.poſtquam de elec. in 6. dicendum eſt quod ſicut obligatus ex ſtipulatione pænitens non tenetur ad factum; ſed ad intereſſe, ſecundum communem opinionē ita obligatus ex pacto ut per Deci.in repe.c.i.de iudi nu.20.

16 ¶ Limi. tamen iſtam communem niſi aliàs obligatio eſſet facta cum iuramento: quia tunc præciſe tenetur ad factum Fortu.Garcia.in d. l. i. nu. 16.communem dicit. & dictus Fortu. per plura fundamenta. ſtante diſpoſitione l i. de pactis, & d.l.3.concludit non eſſe neceſſarium iuramentū ad hoc quod obligatus teneatur præciſe ad factū: Et intellige d.l.3.& iſtam cōmunem quò ad obligationem principalem: ſecus quò ad acceſſoriā. ut in fideiuſſore. ſecunduu Bal.in l.i.in fi.de pactis num.9.ubi dicit fideiuſsionem factam per nudum pactum abſque ſtipulatione eſſe nullius momenti.& vi.Dec.conſ.93.nu.3.

17 ¶ Nota quod ex pacto nudo geminato oritur actio de iure ciuili. Alci.in rub.de uerbo. oblig. ff.nu.14.communem dicit.

18 ¶ Nota etiam ad limitationem d. communis, q ſi policitatio fiat preſenti & tacenti, valet:quia uidetur conſentire. Alci.in d. rubric.numer. 3. communem dicit.

19 ¶ Actio de dote competit filiæ, & non patri. licet dos ſit profectitia quando ſtipulatū ſit dotem traddi filiæ; & pater Habebit adminiſtrationem, & vſufructum. Cur.Iuni. conſ. 152. num.1. & 3, communem dicit,

* § Nota iſtam communem ad declarationem l.30. ti.ii.par.4.dicens quod ſoluto Matrimonio, viua filia, dos reſtituitur patri, & filiæ: quam intellige; ſi ſtipulatum ſit tradi filiæ, competit ipſi filiæ actio: & pater habebit vſufructum. tamen per l. 47.in ordi. tamen filia nupta, eſt liberata in perpetuum a poteſtate patris: & efficitur ſui iuris, & ſic ſoluto matrimonio. actio de dote competit filiæ: & habebit vſufructum excluſo patre. ut per Rode. Suarez in l.9.ti.ii.li.i.fo.ll.in fine in quibus etiam repellitur comunis opinio poſita in uerbo fęmina & uid.Anto.gumer.in de a tau.l.53.

20 ¶ Actio dotis non naſcitur niſi ſoluto matrimonio Io.cora.in l.qui liberos nu.41.ff.de ritu nup. communem dicit.

21 ¶ Fallit uiro vergente ad inopiam, quia poteſt peti ante ſolutum matrimonium. Gomeſ. in §. fuerat inſtitu. de actis communem dicit nu.41.

22 ¶ Amplia iſtam fallentiam etiam ſi non ex ſua culpa, ſed caſu acciderit paupertas: Io. lupus. in repet.c.per tuas.de dona.inter.vi.& vxo.§. 24.in princ.communem dicit.

* § Contrarium iſtius ampliationis habetur per l. 29.ti.ii.par.4. ubi diſponitur totum cōtrariū, immo quod ſi non ex culpa mariti mulier non poteſt repetere dotem de qua meminit do.Io. lupus in col.9.§.6.& 24.de quo etiam per Segu.de bonis lucra. conſtante matrimonio nu.9. Et nota ſatis notabile uerbum Epiſcopi calagu.in repor. ad d. Io.lupum in verbo Maritus ſi male non adminiſtrat, quod licet mulier non poſſit repetere a uiro per d.l.9.dotem: tamen ab alijs crditoribus, ut illa prçferatur. Et ut dos aſsignetur: ſibi repetit. quod

quod quotidie in practica uenit: Et quando Mulier poteſt repetere dotem ui.d.l.29. & l.8. ti.29. par.3.& d.Io.lupus col.46.& 100.§.23.

Nota tamen quod hęc actio repetitionis dotis durante matrimonio ob paupertatem mariti;non habet locum in extraneo: cui reſtituenda eſt dos poſt ſolutum matrimonium. idem Gomeſ.in d.§. fuerat & nu. communem dicit.

23 ¶ Actio hypotecaria quæ competit mulieri pro dote ſortitur effectum a tempore dotis promiſſæ Boe.dec.331. nu.i. communem dicit.

* § No. iſtam communem ad intel.l.17. ti.ij.par.4. & l.23.ti.13.par.5.

24 ¶ Actio hypotecaria tacita quę competit mulieri pro dote, non tollitur per expreſſam poſtea ſecutam. Boe. dec.332.nu. communem dicit.

25 ¶ Actio hypotecaria cedi poteſt debitori Boe.deci.335.nu.3.communem dicit;vbi cōcluditur poſſe cedi extraneo contra Bar.in l. fideiuſor.ff. de fideiuſsor.

26 ¶ Actio iniuriarũ ciuilis, eſt perpetua Io. Balbus de preſcri.par.4.q.i.nu.3. communem dicit.

* §.de iure regio durat per annum tantum l.22.ti.9. par.7.& vi. in verbo delicta infra.

No. autem quòd actio iniuriarum ciuilis quæ durat in perpetuum ſolum eſt in tribus caſibus de quibus in .l. cornelia .ff.de iniur.prætoria. tamen non durat niſi per annum l. ſi conuicij C. de iniuri.

27 ¶ Actione iniuriarum tenetur qui dicit alicui tu mentiris, licet dicat prouocatus, & verum: Boe. in conſue.bitu. conſi.i. ex Bar.in .§.ait pretor ex l. apud Labeonem ff.de iniu. communem dicit.

28 ¶ Actione iniuriarum non tenetur qui alicui obi

cit

cit crimen quod conuenit reipublicæ vt pateſiat ſi probat Boe.ibi communem dicit.

* .§. De iure regio ſiue conueniat reipublicæ, ſiue non, ſi verum dicat: & probet non tenetur l.i.ti. 9. par. 7. vt aliqui intelligunt: Sed tñ intellige dictam legem ſecũdum iſtam communem & dicta l. hoc inſinuat ibi por que los facze dores del mal ſe recelen de lo facer.

29 ¶Amplia iſtam communem ſi obicitur alicui in iudicio, vel ad excludendum accuſationem, vel ad excipiendum. Alex. in l.3.ff.de libe. & poſthu. communem dicit ſecundum Boe. ibi.

30 ¶Reſtringe iſtam ampliationem, ſi probet, licet mitius puniatur Boe.in conſi.i.poſt conſtit.bitur. communem dicit ex.Anca in conſi.135.

31 ¶Actio perſonalis cum mala fide nullo tempore præſcribitur Balbus de præſ.in 4.par.q.8.nu.2. cõmunem dicit.

32 ¶Actio confeſſoria, & negatoria non ſolum competit pro ſeruitutibus, ſed etiam pro alijs iuribus incorporalibus; vt pro iuriſdictione, præſentatione, Guidagio. paſagio. vel pro alijs ſimilibus Ia. in l. ſi prius.ff.de noui.ope.nun. nu.4.in fi. communem dicit.

33 ¶Actio confeſſoria, aut negatoria adhoc quod competat, requiritur contradictio. Et ſufficit verbalis facta in iuditio etiam ſi in libello de illa non fiat mentio. Iaſo. in d.l. ſi prius nu.16. & 18. communem dicit.

34 ¶Actio, ſeu accuſatio criminalis cum tollitur per viginti annos ita etiam & inquiſitio tollitur. Balbus de preſcri. quarta parte quartæ par.q.2.nu. 2.communem dicit.

35 ¶Actio in libello non eſt exprimenda de neceſsitate; ſi tamen exprimatur minus aptè: libellus tamen valet. Iaſo. in l. ædita actio c. de æden.nu.3. communem dicit.

*§ de iure regio idem diſponitur in l.ij.ti.i.li.3.ordi.et nota.quòd per illam legem proceditur in cauſa ſola veritate inſpecta, & vi.quindecim effectus iſtius clauſulę ad practicā neceſſarios per Ruber. Marā.de ordi.iudici.par.4.diſt.9.nu.32.cum ſeq. & alios effectus dictę clauſulę vid. per Caro. de graſſatio in regul. Frāciæ ius. 12.ver.tertio eſt notandum. Et nota in ver.hinc eſt verbum ſatis notabile ex Bal.per illum tex.in c.tuæ.vt lite non con. & Iaſo.in l.a diuo pio.§.in venditione.ff. de re iu. & gl.in l.i.§.ſi quis argentum .ff. depoſi.& Roma. in l.nō ſolum.§.ſed probari.ff.de no.ope.nu. quòd executio facta pro vero debito vigore illius clauſulæ, non reuocatur propter ordinem non ſeruatum, quod ſummè notandum eſt contra iudices faciles ad reuocandum executionem propter modicum quid ordinis non ſeruatum pręcipue in pręconijs. Et vi. plura accumulata ad intel. d. l.ij.per Nunium in reſpō.primo poſt tract.de exequendis mandatis regum per to.

36 ¶ Actio negatoria, vel cōfeſſoria competit contra impedientes præſentare;Roc.in ver.ius de iu. patro.nu.6.communem dicit.

37 ¶ Actio oritur ex ſnīa confirmāte, & non ex confirmata:communem dicit Iaſ. in l.i.nu.xi. & poſt eum ibidem Ripa nu.15.ff.de re iudic.

38 ¶ Actio iudicati oritur ex ſnīa lata in actione reali, ita dicit communiter tenere Docto.Fran.Rip. in l. miles .§.iudicati nu.6.ff.eod.

39 ¶ Actio oritur ex ſentētia arbitri cum pęna, vel ſine pęna poſt emologationē tacitā, vel expreſsā, de iure Canonico magis communem inquit Alex. in l. ait prætor in princi. nu.3.ff.eodem.

40 ¶Actio ex ſtipulatu competens extraneo ad dotem reſtituendam eſt ſtricti iuris, communem teſtatur Ripa in l.ij. in princi.nu.32.ff.ſol. matri. & in l.i.nu.23.eodem titulo.

41 Actio ex ſtipulatu competens marito habet naturam bonę fidei, communem ait idem Rip. in d. l.i.nu.23.ff.ſol. matri.

42 ¶Actiones plures perſonales etiam diſsimiles poſſunt in eodem libello accumulari. Gommeſius in c.diſpendia de reſ.nu.33.li.vi. cōmunem dicit.

43 ¶Actor non poteſt ſuſpendere petitorium, & proponere poſſeſsorium retinendæ aſſerēdo nolle procedere in petitorio, donec ſit expeditum poſſeſſorium, communem inquit Rip.in l. naturaliter.§.nihil commune nu.154.ff.de acquir. poſſeſ.

44 ¶Actor ſi in libello expreſsit diem contractus, & teſtes deponentes de contractu, ſi dicāt non recordari de die, tamen probant; communem teſtatur ſubtilis Aret.in c.qualiter, & quando.§.debet nu.130. extra de accuſa. ex ſententia Bart. in l. is qui reus ff. de publ. iudic. Quā tamen intelligit Aret. quando in libello eſt inſerta clauſula. Non adſtringens ſe ad probationem ſuperfluam. &c.

45 ¶Actor intentans accuſationem criminalem, & petit reum condemnari, poteſt incidenter petere damnum reſtitui, & indemnem conſeruari, idem Aret.in d.ç.qualiter, & quando.§.ad corrigendos. nu.139. communem dicit, & Bar. in l. interdum ff.de publi.iudic.

Actor

46 ¶ Actor ſuſpendẽs petitorium, & interdictum recuperandæ intentans, etiam ſi in poſſeſſorio obtinuerit, debet probare petitorium. aliàs ſuccumbet. Io.cora.in l.naturaliter §.nihil. commune uerſ.explicitis num.22.de acqui.poſſe.ff. communem dicit.

47 ¶ Actore nõ probante tam in ciuilibus, quam in criminalibus, reus debet abſolui. Iaſ. in l.non eſt nouum.nu.5.C.de eden.communem dicit.& quãdo reus eſt ſolus abſoluendus ab inſtantia cauſæ, vi.Thomam Grma.vo.31. & Coua. in reſo.lib.1. c.1.nu. 8.

Acta facta in ciuili iudicio non faciũt fidem in criminali. Fely. in c. at ſi clerici. nu.12. de iudi. communem dicit. & Io.a ripa in l.is apud.nu.40. C. de æden. faciunt tamen fidem ad inquirendum per l. quòd euitandi.C.de condi.ob cauſam.

48 ¶ Acta facta inter alios non probant: faciunt tamen qualẽ qualẽ probationem, Io.de ripa in d.l.is apud.nu.36.communem dicit.

49 ¶ Acta facta in una inſtantia inter eaſdem perſonas fidem faciũt in alia. Cur.Iuni.in l.2.nu.93. C.de æden.communem dicit.

50 ¶ Fallit ſi non eſſent teſtes publicati: quia non faciunt fidem. Cur.Iuni.in d.l.2.& Feli.in c.cum cauſa de teſti.communem dicunt. Et de confeſſione ſi in alio iuditio probet in uerbo confeſsio.

Et nota diſtinctionem Anto.in c. Albericus de teſti.quem refert Marã. in ſpecu.aureo in 5. par. nu.56.in quæſtione dñe quæritur an poſsint dicta teſtium publicari in ſecunda iuſtantia? quod aut teſtes ſunt uiui: & iterum ſunt producendi ſi tamẽ ſunt morrui: poſſunt publicari: & ualidum eſt ſuũ

teſtimonium. quod nota.

51 ¶ Actus ſequens in ſpiritualibus aduerſus iuramentum tenet. Alci. in c. cum contingat de iur. iuran. num. 180. communem dicit.

52 ¶ Nota quod licet pro actis præſumatur; tamen poteſt probari contrarium quàm in eis ſit contentum. Coua. in reſo. c. i. lib. i. nu. 9. communem dicit ex gloſ. in le. i. C. de iur. haſta. fiſca. li. 10. & in c. quoniam contra de probat.

53 ¶ Actus legitimus nõ recipit conditionem, nec diem; intelligitur de actibus expreſsis, ſecus tamen in alijs Coua. in epi. 4. cap. 3. numer. 4. communem dicit. Qui autem ſint caſus expreſsi vi. gloſ. in l. actus de regul. iuris. ff. & Dinum in c. actus de re iud. in 6.

54 ¶ Actus præſumitur ex ui mandati etiam ſi poſt longum tempus adimpleatur Alci. de præſum. in regu. 2. præſum. 23. nu. 12. communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel. l. 17. ti. 10. par. 7. & l. 10. & 11. ti. 4. li. 4. fo. ll. de committente uim de mandato alterius.

54 ¶ Adminiſtratores tenentur ad damnum contingens ſi aggreſsi ſunt negotia inſolita, etiam ſi ex fortuitu caſu contingat. Cur. Iuni. conſ. 19. nu. 2. communem dicit.

*§ Concor. cum l. 33. ti. 12. par. 5.

55 ¶ Amplia in tantum hanc communem eſſe uerã quòd non recompenſantur lucra cũ damnis quando aggreſsi ſunt inſolita idem. Iuni. cõem dicit.

*§ Per iſtam & præcedentem cõmunem, ampliantur ll. 27. & 29. ti. 12. par. 5.

56 ¶ Adminiſtratores publici non poſſunt remittere debitum liquidum paciſcendo, ſed bene negligendo.

gendo.Iaſ.in.l.pręſens nu.15.C. de tranſact.communem dicit.

57 ¶ Adminiſtratori reipublicæ conuenit ne edificia ſuæ adminiſtrationis pereant ruina. Cur.iuni. conſi.19.num.8.communem dicit.

*§ Concor.cum hac cōmuni l.23.de correctoriis. Et nota quòd in tantum eſt vera hæc communis quòd ſi alii ſint officiales ſubalterni ad illud opus peragendum quòd ſi principalis ex cauſa hac puniatur: nō poteſt petere ab aliis ſubalternis.idem. Iuni. nu. 8.communem dicit. Et nota aliud quòd opus publicum firmatur per quindecim annos, & & ſi poſt periit, non dicitur periiſſe ex defectu magiſtri operis l.21.ti.32.par.3.

58 ¶ Adoptiuus ſi habet poteſtatem ſuccedendi in in feudo: non diſtinguitur aut feudum ſit nouum: aut antiquum.Cur.Iuni.conſil.138.nu.7.communem dicit.

59 ¶ Aduenæ.poſſunt prorogare iuriſdictionem illius qui illam exercet inter ſubditos. Iaſ.in.l.teſtamenta.nu.1.C.de teſtam. communem dicit. licet illas non poſsint prorogare ultra ſuam iuriſdictionem: vt in conſulibus mercatorum qui cognoſcunt de cauſis mercantiæ: vltra illos caſus etiam mercatores non prorogant ut per Iaſo. ibi quam communem dicit.

60 ¶ Aduocatus qui propriam cauſam proſequitur non repetit ſalarium ſi vincat cauſam. Boe.deciſ. 210.nu.3.communem dicit. Fallit tamen ſi perdidit aduocare in alia cauſa: quia poteſt petere intereſſe Hyppo.in Rub.ff.de fideiuſſo. nu.313.

61 ¶ Aduocati ſalarium debet ſolui poſt litem ſolutam.Iaſ.in.l.diem functo nu.11.ff.de off.aſſe.cóm

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

munem dicit.

*§ De iure regio Habes l.ii.in ord.aduo.diſponẽtẽ quod quarta pars debet ſolũ in principio litis, & alia quarta pars cum ſit publicatio teſtium: & quarta lata ſententia; & alia quarta in fine cauſæ.

62 ¶ Aduocatus in una cauſa pro uno etiam ſi mutet inſtantia non aduocabit pro alio. Petrus Minus de exequen.mand.Regum c.2.fol.26.communem dicit ex gloſ.in l.fin.ff.de poſtulan.

63 ¶ Aduocatus qui ſe obligauit defendere in cauſa: non tenetur defendere in cauſa appellationis a diffinitiua, ſecus tamen ab interlocutoria. Iaſ. in l.ita demum num.8.C.de procura.communem dicit.

*§ Contrarium diſponitur per l.ii.in ordi.aduocatorum cum cauſa appellatiouis eſt uentilanda in loco ubi eſt aduocatus.

64 ¶ Fallit ſi interlocutoria eſſet tractanda in loco remoto. Iaſ.in l.inuitus nu.14.de procu.C.communem dicit.

65 ¶ Aduocatus non tenetur iurare cauſam bonam patrocinari: quia aboleuit ab uſu iuramentum. Iaſ.in l.rem non nouam. nu.2.C. de iudic. communem dicit.

*§ De iure regio habes l.1.iuncta l.2. quæ videtur innuere contrarium & vi l.18.in ordi. aduo. quę diſponit aduocatum teneri ad recipiendam relationem cauſę in ſcriptis ut poſsit reddere rationẽ de iuſtitia partis.

66 ¶ Aduocatus ſalariatus de publico trãſmittit totum ſalarium hæredibus etiam ſi ipſe moriatur ante tempus. Cur.Iuni.in l.diem functo. nu.53.ff. de aſſeſſo.communem dicit.

Et

Et de iſto ſalario aduocatorum uide in uerbo ſalarium.

67 ¶Adulterij pæna bene in maſculino eſt pæna mortis magis communem ait Alexan. conſ.13. num. 3.libr.7.

68 ¶ Adultera perdit dotem ex ſententia iudicis. Coua.in epi.4.c.7.§.6.nu.1.communem dicit ex Panor. in c.plerunque de dona. inter. ui.& uxo.

*§ Nota iſtam communem ad intellectum l.15. 41.17.par.7.& concor.cum hac commmuni l.82. in ordi.tau.iunta l.i. ti.7. lib.4.fol. ll. Et de pæna adulterij de iure regio ui.l.i.ti.7.li.4.& l.2.ti. 15. li.8.ordi.& quæ habes in uerbo. matrimonium; quam communem intellige tam in uxore uera, quam putatiua ſecũdum gloſ. communiter approbatã in c. plerũque de dona.inter ui.& uxo.quam communem dicit Io.lupus in repe.C.de dona.inter ui. & uxo. col.142.§.36.nu.3. Et idẽ eſt in lucris acquiſitis durante matrimonio ut habetur in l.4.ti.6.li.3.fo.ll. quæ faciũt ad declarationem & amplationem l.i.ti.3.li.3.fol.ll.

69 ¶ Nota quod exceptio adulterii contra mulierẽ repetentem dotem, durat in perpetuum. Balbus de præſcr.in 4.par.q.2.communem dicit. num.9.

70 ¶ Aes alienum tenetur ſoluere hęres, & non uſufructuarius. Deci con.60.Io. Duran.in arte reſtan.tit.vi.Pau.communem dicunt.

71 ¶ Affectionis ratio non habetur in furto: Anto. nice. in concor.gloſ.concor. 85.cõmunem dicit.

72 ¶ Affinitas contrahitur ex ſola. copula etiam illicita. Coũa. in epi.4. q. 6.§. 7. num. 3. communem dicit.

73 ¶ Agens ex contractu conditionali, debet pro-

bare conditionem purificatã ad intentionem ſuã fundandam. Bellonus conſ.59.nu.3.cõem dicit.

74 ¶ Agens ante tempus duplicatur tempus in odium agentis. Anto.de tremo.in addi.ad bona. in practi.exce.num.25.in uerbo conditionem in rubri.quibus mo.ſuo nomi.communem dicit.

75 ¶ Agens petitorio, & poſſeſſorio recuperandę, ſi prius obtinet in poſſeſſorio, & non probet ſe dominum, non debet obtinere in petitorio; communem inquit Alexan. & poſt eum Rip. in l. naturaliter.§.nihil commune nu.148.cum ſeq.ff.de acquir.poſſeſ.

76 ¶ Agens contra aliquem ad decem, & ſi fuit condemnatus in quinque, ſi de aliis quandoque nihil dictum ſit, non ei nocet, quando poſsit agere ad reſiduum. Gorad.conſi.1.nu.5.communem dicit, ex ſententia gloſ.in l.1.in.uerb.minus ff. ſi aduer.rem iudic.

77 ¶ Agnatis deferẽ hęreditas per ſtatutum excludens fęminam ſtãtibus agnatis, & actio competit eis pro ea conſequenda; Iaſ.in l. ſeruo. legato.§. ſi teſtator.de leg.i.quem refert Io. Nico.in l. generaliter nu.46.C.de ſecund.nupt.

78 ¶ Agenti poſſeſſorio recuperandę obſtat abſolutoria lata cõtra eum in petitorio Io.Cora.in l. naturaliter.§.nihil commune uerſ.excplicitis nu.4.ff.de acqui.poſſe.communem dicit.

79 ¶ Alienari prohibita poſsũt dari ex cauſa dotis. Petr.Raue.in alpha.aure.in uer. alienatio communem dicit.

80 ¶ Reſtringe hanc communem quod poteſt dari deſcendentibus tantum: Idem ibi communem dicit. Et Coua.in ſuis reſolu.lib.3.cap.6. num. 10. ui.

ui.alios idem dicentes,& Amplia .d. communem & ad dotem reſtituendam etiam poſt appoſitum grauamen. Auenia. con.61.& Soci.con.23.uo.3. & Rube.conſ.78.nu.1. comunem dicit & Coua. in uerbo quarto magis communem dicit.

*§ Concordat cum l.14.ti.7.par.3. quam legem intellige cum reſtrictione prædicta: & limita communẽ legem ſi cum prohibitione hominis concurreret prohibitio legis:ut per Ant.corſe. in notabili in uerbo prohibitio & ui.Boe.dec.129.per totum.

81 ¶ Alienari non poſſunt res eccleſiæ niſi ex cauſa neceſſaria, uel utili eccleſiæ uel ex cauſa pietatis, uel damni euitandi. Cur.Iuni.conſ. 130. num.3. communem dicit.

82 ¶ Alienare prohibitus, poteſt niholiminus alienare bona mobilia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; Fran. Aret.in cap.prælatorum, de accuſat. num.10.communem dicit: ex Innoc. ibidem.

83 ¶ Alienationis prohibitio poteſt fieri per iudicem, Petrus Raue. in alpha.aure.in uerbo alienatio communem dicit.

84 ¶ Alienationis prohibitio facta filijs, non extenditur ad nepotes,ac familiæ non egreditur quartum gradum, Iaſ.in l.ſi filius familias.§. diui.ff.de leg.primo & Dec.conſ.377.Io.duran.in arte teſtan.ti.8.cau.2. Cur. Iu.conſ. 3. num. 1. communem dicit.

85 ¶ Alienationis prohibitio extra familiam nõ eſt tãtę potentiæ quin ſuceſſor poſsit habere hęredẽ ex teſtamento uel ab inteſtato qui non ſit de familia ut proximiorem cognatum, Iaſ.in d.§. diui & Duran, cau.6.nu.2.communem dicit.

Amplia

86 ¶ Amplia iſtas communes etiã ſi expræſſe per teſtatorem eſſet prohibita alienatio: poteſt alienari ex cauſa dotis, Iaſo.in authen.reſque.C.cõmu. deleg.nu.59.& Decius conſ.519.communem dicunt. Et alii quos refert.Coua.in d.c.6. in ſecundo caſu ubi etiam limita. ſi aliàs per teſtatorem ſit expræſſum: quod non alienetur niſi ex cauſa dotis quam opinionem dicit tenere. Cur.Iuni.in d. authen.reſque & alios, reprobata opinione Caſtrenſis.conſ.80.lib. primo dicentis contra uim quod non poſsit per teſtatorem prohiberi. & di. Coua.dicit pro opinione Cũr.Iuni.& aliorum eſſe l.27.tau.ubi pater poteſt meliorare filiũ in tertio bonorum, & imponere quodcumque grauamem, & ꝙ nõ alienet etiam ex cauſa dotis. Sed in noſtro caſu diſtinguerem aut ſumus in caſu d.l. 27.cum iam alij fratres non priuantur legitima que inter filios eſt tota ſubſtantia patris: præter tertium, & quintum per l. 3. tau. quæ poteſt uni prælegare. Et in hoc caſu bene dicit Iunior: ſi tamen ſumus in caſu in quo pater de nouo conſtituit maioricatum: & filij priuantur ſua legitima ſaltem naturali. Nimirum; Si dicamus poſſe alienari bona maioricatus pro dote: cũ legitima naturalis nõ poſsit tolli filiis: ut habetur in uerb. legitima.. Et in hoc caſu ſtandum opinioni Caſtrenſis non dubito: quã diſtinctionem. ipſe Coua.in fi.d.c.6.uidetur ſentire dum dicit quod contingit in his bonis in quibus teſtator libere diſponere poſsit quod nota.

87 ¶ Amplia ſecundo non ſolum quo ad dotem alteri preſtandam, ſed etiam ad reſtituendam dotem per grauatum etiam poſt fideicommiſſum receptum

ceptum. Ioan.de Anna.con.61.nu.3.& Bologni. ibidem communem dicunt.

72 ¶ Fallit ſecundo,ſi reconueniatur per laicũ quia in illo caſu iudex ſecularis erit ſuus iudex. Cur. iuni.in l.2.nu.48.ff.de iuriſd.omni.iudi.communẽ dicit. concor.cum dicta l.57.ti.6.par.i.ſi nondata opera laicus moleſtet clericum ut reconueniatur per Maran.in ſpec.aureo par.4. diſt.7. nu.44.

73 ¶ Fallit tertio, ſi clericus eſt uaſſallus: quia ſubeſt domino laico: & coram eo poteſt conueniri de feudo. Feli.in c.cæterum nu.3. de iudi. communem dicit.

74 ¶ Amplia iſtam tertiam limitationem procedere non ſolum ſi uertitur quæſtio ſuper proprietate: ſed etiam ſuper poſſeſsione. Aret. in c. cæterum num.24.de iudic.comunem dicit ex Panor. ibi. Quam ibidem intelligit quando agitur per interdictam poſſeſſoria: ſecus tamen ſi intentatur emenda iniurię, uel damni paſsi, uel quando agitur criminaliter de poſſeſsione ad pænam, Tunc enim iudex ordinarius, & non dominus cognoſcit ex Imo. & Moder. in d.c.cæterum.

75 ¶ Reſtringe iſtam limitationem, ſi clericus uaſſallus regis uocetur a Rege & a Papa eodem tempore: potius tenetur obedire Papæ, quam Regi Prępo.in cap.cum parati num.20.de appel. communem dicit.

* § Nota iſtam reſtrictionem ad intel.l.24.ti.2.li.3. ordi.imponentis pænam eccleſiaſticis non uenientibus ad mandatum regis.

76 ¶ Fallit quarto ſi clericus inueniatur in fraganti delicto; quia poteſt capi a familia poteſtatis ut

tradatur

tradatur iudici eccleſiaſtico Feli.in ca.ſi uerò nu. 2.de ſenten.exco.communem dicit.

77 ¶ Amplia iſtam fallentiam ad priuatum qui poteſt capere clericum in fraganti crimine fauore reipublicæ. Feli.in d.c.ſi uerò communẽ dicit.

78 ¶ Amplia ſecundo, ſi clericus in delictis eſt ſuſpectus de fuga: poteſt capi, ut Epiſcopo ſuo tradatur ſine metu excommunicationis, Epiſcopo ratum habente uerè uel fictè. Alciat.in cap. cum non ab homine de iudic.numer.94. communem dicit.

79 ¶ Amplia tertio, in creditore, quia poteſt capere clericum abſque mandato. Alci.in d.c. cur. nõ ab homine num.74.communem dicit.

80 ¶ Fallit quinto, de conſuetudine regni quia princeps cognoſcit de ui. & iniurijs inter eccleſiaſticos l.5.ti.1.li.2.ordi. quæ habuit ortum a.c. princeps 23.q.5.& c.regum ea.cauſa & q. & tex. iuncta gloſ.in uerbo reges.in c.filiis.16.q.7.licet contra iſta iura & conſuetudinem. uid. tex. in c.placuit & in c.innolita 11.q.1.c.qualiter & quãdo de iudic.authen. ſtatuimus .C. de epiſcopis & cler.& Rota deciſ.840.in anti. dicens conſuetudine non poteſt introduci quod clericus ſubeat iudici ſeculari: quibus iuribus unico uerbo reſpondetur quod hæc iura generalia ſunt: alia aũt ſpecialia per reg.generi.de reg.iuris in 6. Speciale enim eſt in uiolentiis, & iniurijs precipuè cũ ſuperior non ſit in regno, qui de illis poſsit cognoſcere ut notat. Naua. in præfati c. cum contingat in 16.cauſa cum agitur de remediis in allega.in littera y.de reſcri.& de dicta l.5.uid.Nuniũ de obſequẽdis mandatis regum c.1.nu. 25. & uid.

Guillel.

Guillel. bene in c.rainurius in par.& uxorem nu. 410.& 347.& in uerſ.abſque liberis el 2.num.45.

81 ¶ Clericum excommunicatum percutiens,incidit in excommunicationem Panor.in c.contingit el.1.de ſen.excom.communem dicit.

82 ¶ Clericus propter adulterium detruditur in monaſterium & deponitur ab officio, & beneficio.Coua in epi.4.c.7.§.7.num.19.& Epiſcopus calagu.Io.a luco. in prac. crimina.c. 79. communem dicunt.

83 ¶ Clericus ſi per inſidias interfecerit aliquem debet uerbaliter degradari,non autem actualiter: & ſic eſt intelligendus tex.in cap.1.de homicd. Franc.de Aret.in c.cum ab homine nu.80.de iud. communem dicit.

84 ¶ Clericus per ſimplicem fornicationem non deponitur. Feli.in c.at ſi clerici num.8. de iudic. communem dicit.

85 ¶ Clericus concubinatus eſt priuandus beneficio: & tenetur ad reſtituendũ fructus perceptos. Bello.conſi.56.communem dicit ex Feli.in c.poſtulaſti de reſ. & tamen. uid.conſilium Baſileum de concubinarijs.

86 ¶ Clericus poteſt torqueri Panor.in c.poſt ceſſionem de reg.iuris communem dicit.

87 ¶ Fallit, ſi non ſit diffamatus: quia etiam præcedentibus indiciis, uel confeſsione non poteſt torqueri: niſi ſit diffamatus. Dec.in c.atſi clerici. de iudi.num.9.& Hypo.in ſingu. 55. communem dicunt.

88 ¶ Clericus paruæ parochiæ poteſt diffamari Panor.in c.inquiſitionis.§.fi.de accuſa. communem dicit.

Clericus

89 ¶ Clericus habet omnia priuilegia conceſſa militibus armatę militię. Iaſ.in l.miles nu. 11.ff. de re iur.& ſic non poteſt conueniri ultra id quod facere poteſt. communem dicit.

90 ¶ Clericus in patrimonialibus non gaudet priuilegijs conceſsis eccleſiæ niſi in caſibus a iure expreſsis. Balbus in trac.de preſ.par.5.q.5. num. 2. communem dicit.

91 ¶ Nota quod ſtatutum in quo cauetur quod primogenitus ſuccedat in hæreditate paterna, etiam ſtantibus alijs liberis, ſortitur effectum contra clericum, uel filios qui effecti ſunt clerici. Io.de Ripa in li.1. de legi.reſpon.2.nu.2.& in reſpõ.6. nu.11.comnunem dicit.

92 ¶ Clericus eſt uſufructuarius, & non uſurarius de fructibus beneficij: Fran.de aret.in c.ex litteris de proba.Io.lupus in repe.rub.de donat.inter uir.& vxo. col. 355.communem dicit.

93 ¶ Intellige iſtam communem in uita: nam in morte eſt uſurarius; Bello. conſi.3. nu.2. communem dicit.

94 ¶ Limita hunc intell.in beneficiato ſimplici: quare ſemper eſt uſufructuarius. idem. Bello. nu.6.communem dicit.

95 ¶ Limita ſecundo, ſi eſt conſuetudo in contrarium: quod ſemper ſit uſufructuarius: & quod poſsit teſtari. Bello.ibi num.9 communem dicit ex Gemi.in c.fin.de offi.ordi.& uid.latè per Nunium in reſpon.19.per totum. & precip.num.15. poſt tracta.de exequendis mandatis regum.

96 ¶ Clericus habens patrimonium ſufficiens, ſi ſeruit eccleſiæ, poteſt uiuere de bonis eccleſiæ. Præpo.in c.illi autem 12.q.1.communem dicit.

Clerici

97 ¶ Clerici trahẽtes clericos coram iudice laico, perdunt cauſam per ſententiam, non ipſo iure, Panor. in c. ſi diligenti de for. compet. nu. 8. communem dicit.

98 ¶ Clericorũ appellatione, in fauorabilibus ueniunt canonici: & dignitas in odioſis non. Alcia. in l. 2. ff. de uerbo. obli. nu. 9. communem dicit.

99 ¶ Cognatio ſpiritualis non contrahitur per nuntium, nec per procuratorem. Coua in epi. 4. c. 6. § 4. nu. 6. communem dicit ex deciſ. tholo. 157.

100 ¶ Collatio bonorum nõ fit cum aſcend ns ſuccedit deſcendenti: ut ſi pater ſuccedat filio, uel nepoti. Iaſ. in l. ſi emancipata. num. 28. C. de colla. communem dicit.

101 ¶ Collatio beneficij facta cum conditione, ſi uacat; ualet; licet non electio. Couar. in reſol. cap. 16. lib. 3. num. 2. communem dicit ex Gomeſ. in regula de vereſim. notit. obitus q. 1.

102 ¶ Collegij ius poteſt remanere penes unum. Panor. in c. 2. de poſtul. communem dicit.

103 ¶ Collegio eccleſiaſtico deſtructo, uel quia deceſſerunt; omnes uel fuerunt priuati propter delictum: remanet ius, & priuilegium penes ipſam eccleſiam. ſecus in collegio ſeculari. quia non remanet aliquod ius. Panor. in d. cap. 2. communem dicit

104 ¶ Commiſsio iudicis in citatione non præſumitur; Aret. conſi. 33. nec præſumuntur facta. Feli. in c. 1. de iudi. conclu. 1. communem dicunt.

* § Concor. cum l. 1. ti. 2. fo. ll. & pragma. 201. in princ. quia nuntio non creditur niſi iuxta officiũ ſuum. Io. And. in addit. ad Specu. de citatione §. 1. in principio. & Dida. de ſegu. in l ſi ex legati

cauſa nu.58.ff.de uerb.oblig.
105 ¶ Communitas, ſeu uniuerſitas non obligatur per priores: niſi eis ſpecialiter ſit commiſſum. Alexan.conſi.135.uol.7.nu.1.communem dicit.
106 ¶ Communitas, ſeu concilium non poteſt dare immunitatem ciui. ſecus tamen extraneo, qui ciuis efficitur. Bello.conſi.37.nu.1.& 2.communem dicit.
107 ¶ Communis opinio eſt tenenda niſi opinio particularis fulciatur meliori ratione. Cur.iuni. conſi.63.nu.3.& conſi.160.nu.12.communem dicit: pro qua eſt tex.in l.ſi quis.de condi. inde.C. ubi Imperator motus eſt per rationem minoris partis contra maiorẽ: & etiã eſt tex. in l.1.C.de uet.iu.enucle.uerſ.ſed nec quare doctores imitãtur aues: quia quando una uolat: omnes aliæ ſequuntur. Deci.conſi.481.nu.12.& more pecudũ, unum ſequuntur. Bellonus con.59.num.12. licet uerum ſit quod opinio communis habet uim conſuetudinis. Bal.in c.ne immitaris de conſt. Et nota quod in conflictu opinionum eſt illa tenenda quam ſequitur conſuetudo: Remigi.de charitati. ſubſidi. in q.an eccleſia, & clerici ſint immunes in regula.240.communem dicit. & uide ſeptem regulas per Stepha.de phedericis de interpraetatione iuris. par.ulti.pagi.196.uſque ad finem quarum prima eſt quod in conflictu opinionum illa ſequatur quæ conſuetudine eſt approbata. ut in opi.gloſ.l.ſi.C.de dona.int.uir.& uxo.quam conſuetudo approbat: etſi deſtruat textum.
Secunda, quando non conſtat de conſuetudine. illa eſt ſequenda quæ altero iure comprobatur.
Tertia, cum nec altero iure nec conſuetudine approbatur:

approbatur: illa eſt ſequenda quæ efficatioribus rationibus comprobatur, ex gloſ.in l. minimè .ff. de legi.

Quarta, ſi ratio euidens non apparet: quæ tutior eſt, eligitur . arg.c.iuuenis de ſponſa.

Quinta, illa opinio eligenda eſt: quæ eſt fauorabilis, & propterquam res ualet, & non pereat .c. ſi uir de cogna.ſpirituali.

Sexta, quod illa opinio eſt tenenda: quæ aprudẽtioribus eſt approbata.c.in canonicis, 19. diſtin. ut ſunt glo.in iure ciuili. Bal.in l.præcibus .C. de impuber. & Innoc.& Io.Anto.in iure canonico, legiſtis in materia legati, & canoniſtis in canonica, quia unusquiſque præſumitur in arte ſua l.1. C.de ven.inſpi.c.propoſuiſti de probat.

Septima, illa opinio eſt tenenda: quæ a pluribus comprobatur. arg.l.quod maior .ff. ad.municipa.

108 ¶ Commutatio ſummarum in odioſis non fit; ſecus in fauorabilibus. Iaſ.in.l.ſi idem. cum eodem ff.de iuriſd.omni.iudi.num.3.communem dicit.

109 ¶ Compenſatio tollit ipſo iure delictum: ſi opponatur, ſecus tamen. Iaſ.in §.in bonæ fidei. nu. 8.inſti. de acti. communem dicit. ubi ponit aliquas limit.

• § Ex hac poteſt opponi compenſatio cõtra inſtrumentum habens executionem paratam ſecũdum Segu.in l.ſi ex legati .ff.de uerbo.oblig.num. 212. quæ facit ad intel.l.4.& 5.ti.8.l.3.ordi.

110 ¶ Compenſatio admittitur in depoſito de expenſis factis in ipſo depoſito gloſ.communiter approbata ſecundum. Fulgo.in l.ſi plures.ff.de poſi. communem dicit.

• § Contrariũ eſt determinatũ de iure regio per l.

 10.

10.ti.3.par.5.
111 ¶ Compenſatio admittitur in alio contractu præter depoſitum dum tamen de facili poſsit liquidari quod relinquitur arbitrio iudicis. Iaſ. in d.§.in bonæ fidei.nu.72.inſti.
*§ De iure regio eſt ſublatum arbitriũ iudicis quippe qui taxatus eſt terminus decem dieriũ ad iſtam liquidationem faciendam per l.20.ti.14.par.5.
112 ¶ Compenſatio admittitur de pecunia ad pecuniam: licet pecunia ſit debita in ſpecie: Alexan. in l.ſi fundus.§.ſi ſeruus & ibi Iaſ.ff.ſi certum petatur communem dicit.
*§ Nota iſtam communem ad ampliationem l. 21. ti.14.par.3.
113 Compenſantio admittitur in commodato Panor.in c.2.de depoſi.communem dicit.
114 ¶ Compenſatio non fit de legato ad debitum, quando legatur res certa, etiam in debito neceſſario: niſi aliàs teſtator declarauerit. Duran.in arte teſta.ti.6.cau.5.num.3.communem dicit.
115 ¶ Comprommiſſum in arbitrium, & arbitratorem in dubio præſumitur proceſsiſſe ut arbitrator. Alci.in trac.de præſum.re 3.præſum.35.in fi. communem dicit.
116 ¶ Comprommitti in ordinarium tanquam in arbitratorem, poteſt. Præpo. in c. fames 3.q.7. communem dicit. & ſi comprommittatur in ordinarium, tanquam in arbitrium, ſententia erit nulla: cum ſit inhabilis. Segu.in l.1.§.ſi uir num. 160.de acquir.poſſe.ff. quæ faciunt ad intel.l.ſi,in ordi.de madrid.in pragma.ubi mandatur executio fieri ſententiæ arbitri quæ eſt intelligenda. ſi aliàs arbiter erat habilis. ut notat. Bart. in l. 2. §.præ-

§.prætor.ff.qui.ſatis cogantur. & idem eſt determinatum in ſententia arbitratorem per l.8. in curijs de Madrid.de Anno. 1542. Et nota quod licet ſit uerum quod de iure communi iudices poſſint eſſe arbitratores; ut hic patet, & in gloſ.ſed etſi ſeruum.§.ſi quis iudex.ff.de arbi. & compro- batur in l.24.ti.4.par.3.ſed per l.9.ti.de correctorijs eſt prohibitum ut in ſe non recipiant arbitramentum: & nota quod licet per dictas ordinationes non poſsit opponi exceptio aliqua: tamen exceptio quod compromiſſum non ualuit, uel nouationis, uel contrarij laudi poteſt opponi. ut per Bal.in.l.ſi cauſam nu.4.C.de execu.rei iudic. Itē nota quod licet diſpoſitum in d.l.ſolum habeat locum ſuper iis ſuper quibus fuit compromiſſum: nam aliàs laudum poſt Emologatum nō ualet: ut per Bal.in §.ſententia de pace conſtan.in uſu feu. allegans c.examinata de confirma.util.uel inut.tamen arbiter pro bono pacis, poteſt opponere manum etiam ad non deducta in cōpromiſſo. ut per plura deducit Corſettus in ſingul.in uerſ.arbiter. Et nota etiam aliud ad intel.illius legis: quod licet ad hoc quod habeat executionem paratam requiritur quod deducatur compromiſſum,& ſententia,ac alia con enta in illa l.quod limitatur ſi aliàs ſententia fuit lata. præſentibus partibus, & non contradicentibus. quia tunc ſufficit ſolum ſententiam producere. ut mandetur executioni. ut per Alex.in conſi.84.nu.3. & 4. uol.5. & nota aliud quod licet data ſit poteſtas arbitris ad prorogandum terminum compromiſsi: tamen prorogatio debet intimari partibus. ut notat Deci.conſi.39. num.2.quam communem dicit ubi dicit quod li-

cet arbitri poſsint procedere partibus abſentibus, nihilominus partes ſunt citandæ: aliàs ſententia eſt nulla. ubi ui, plura de nullitate compromiſsi.

117 ¶ Conditio quæ tacitè ineſt: ita impedit natiuitatem obligationis, ſicut expræſſa.Deci. conſi. 2.nu.4.communem dicit.

118 ¶ Conditio ſi concipiatur in ultimis uoluntatibus quæ potuit contingere, tamen modo non poteſt. ut ſi titius uiuet qui iam tempore adiectæ cõditionis mortuus erat: reiicitur, ut impoſsibilis Bar.in l.1.ff.de condi.& domo.Coua.in epi.4.c.3 par.3.§.2.communem dicit.

119 ¶ Conditio inſtitutionis, & legati cum uerè non adimpleatur: tamen habetur pro completa ex legis diſpoſitione, & competit actio ex teſtamento. Iaſ.in l.ſi mater num.7.C.de inſti. & ſubſti.communem dicit.

120 ¶ Conditionis euentus non conſtituit debitorem in mora. Deci. conſi. 2. num.4. communem dicit.

121 ¶ Conditionalia uerba in fideicommiſſo non denotant qué a teſtatore uocatũ ad commodum hæreditatis. Alexan.conſi.105.communem dicit.

122 ¶ Condemnatus in amputatione manus: non præſumitur in debiliori. Alci.in trac. de præſ.re. 3.præſum.ulti.in fi.communem dicit.

123 ¶ Cõdemnatus per iudicem eccleſiaſticum de delicto mixto poteſt iterum conueniri per iudicẽ ſecularem. Alci. in c. perniciofam num. 128. de offi.ordi.communem dicit.

§ Nota iſtam communem ad intel.l.2 ti.8.li.8. ordi.& pragma.1.in. pragmá.& ad legem factam in

curijs

curijs toletanis anno. 1525. loquentem de blaſphemijs. & ad intel.l.8.ti.2.li.8.ordi.contra uſurarios & ad intel.l.3.ti.14.par.7. & pragma.3. de ſortileg.& ad intel.l.2.ti.21.par.7.& pragma.85. de ſodomiticis quæ crimina ſunt mixti fori, & etiā ſacrilegia ſunt mixti fori. ut per Maria. in c. cum ſit de foro compet.unum tamen nota quod ſi aliquis committit delictum cum ſacrilegio,prius eccleſia de ſacrilegio eſt ſatisfacienda, quam fiſcus de calumnia. ut eſt l.104.ſtili. Et nota etiā quod licet iudex ſecularis poſsit cognoſcere de uſurarijs: eſt intelligendum quo ad pænam, non tamen ad declarandū an ſit contractus uſurarius? cum ad eum non ſpectet. ut per Panor. & docto. in c.cum ſit de for.compet.& Alci.in c.pernicioſam de offi.ordi.nu.77. ſed ſolum punire. quando contractus eſt aperte uſurarius: quia licet laicus non poteſt ſe intromittere in l.canonica: tamen ad eius obſeruantiam, poteſt imponere pęnam ꝑ gloſ.ſingu.in cle.ne Romani de electi. ex qua recipit maximum robur l.8.ti.2.l.8.& l.1.ordi.l.tau imponens pænam contrahenti matrimonium clandeſtinum.

124 ¶ Condemnatus propter delictum in pænam pecuniariam: ſi omnem ſoluerit minimo prætio dempto, debet pæna corporali affligi. Boe.dec. 349.nu.8.communem dicit.

125 ¶ Condemnatus in pænam pecuniariam, ſi nō habet unde ſoluat: petente illo,in cuius fauorē eſt condemnatus: debet luere pænam in corpore idem communem dicit.

§ De iure regio debitor cedit bonis: & ponitur in manu creditoris. ut illi ſeruiat per tempus de-

biri. ut in l.2.ti.8.li.3.fo.ll.& l.5.ti.13.li.5.ordi. ubi reformantur l.fo.& l.4.ti.5.par.5.etſi ſunt alij creditores, ille cui tradditur: tenetur ligare eum cum circulo ſerico greſſo ut digitum, & debitor tenetur portare eum ſuper loram veſtimenti. ut habetur in pragma.82.& idem uidetur faciẽdum in pœna pecuniaria imponenda propter delictum ut eſt l.105.ſtili. quam legem intellige in pecunia applicanda parti ex furto; ut fuit determinatum in curijs uallis oleti. Anno domini. 1538. non tamen in aliis delictis; poterit tamen iudex moderare pœnam ſi eſt pauper per l.3.ti.22.par.5. quam intellige in mulcta, ſecus in pœna. ut per Iaſo.in l.ſi quis num.28.ff.de iuriſd. omni. iudi. ubi de hac mater. Et uid.Panor.in c.niſi ſpecialis de offi.delega.quod intellige niſi pœnalia ſtatuta loco pœnæ. ut in habente monetas falſas: quia ſi non habet centum marabetinos erit in uinculis p annum ut in l.1.li.3.ti.10.fo.ll.& condemnatus in expenſis litis, debet carcerari ſi non habet unde ſoluat l.99.& 168.ſtili. niſi aliàs, erit ſalarium aduocati quod remittitur amore dei ſi nõ habet: unde ſoluat. Nota quod ſicut creditor tenetur preſtare alimenta carcerato: ita & ceſsionarius. Segu.in l.ſi ex legati num.94.ff.de uerb.obli.

126 ¶ Condicitio mixta ſi deficit per caſum mortis facit deficere legatum. cõmunem uideri ait Dec. in conſi.485.num.4.

127 ¶ Conducens ſcienter rem propriam ab alio quaſi non propriam, non perdit dominium. Alexan.in l.ſi aliqua num.10.ff.de acquir. poſſe communem dicit. & ibi Rip.nu.16.& nu.18.ſecus tamen ſi ignorante rem eſſe propriam, quia tunc

nec

nec dominium, nec poſſeſsionem perdit. Hyero Cagno.in l.nec pignus num.8.ff.de re iudi. communem dicit.

8 ¶ Conducens rem propriam ab alio, tanquam rem illius, perdit poſſeſsionem Rip. tenet communem in l.ſi aliquam rem num. 19.ff.de acquir. poſſ.& acquiritur locatori: ut ibidem ipſe Rip. pariter communem ait num.22.

9 ¶ Conducens rem ſuam, ut ſuam, non perdit dominium Rip.in d.l.ſi aliquam rem nu.26.& 29. Conductio rei ſuæ, ut ſuę non ualet: communem aſſerit idem Rip.ibidem nu.32.

0 ¶ Confeſsio coniugum probat inter eos matrimonium interueniſſe Cur.iuni.conſi. 28. num. 2. communem dicit.

Concor.l.2.ti.3.par.4.contra matrimonium de quo tractatur, uel contra aliud non ualet l.6. ti. 3.par.3.

¶ Confeſsio non eſt probatio: Hypo.in rub.de proba.num.74.& Feli.in rub. de probat. num.2. communem dicit, De iure regio. confeſsio dicitur probatio l.8.ti.14.par.3. ex qua lege Petrus uni.in reſpon.18.nu.8. tenet contra Roder. Suarez in l.poſt rem uerſ.ſed pulchrum .ff.de re iudi. dicentem quod etiam poſt decem dies datos ad probandas exceptiones in executione admittitur confeſsio partis. quod Nunio non placet ante ſolutionem debiti quod nota.

¶ Confeſsio extraiudicialis nihil operatur Fe in c.atſi clerici de iudi.communem dicit.

Quo ad materiam huius communis cum ſequentibus de iſtis confeſsionibus extraiudicialibus no l.2.ti.7.li.2.fo.ll.dicentes confeſsionem extra-

iudicialem

iudicialem non probare niſi teſtes ſint uocati ſpecialiter ad hoc, tempore confeſsionis: uel ſi facta ſit in ſcriptis, uel in hora mortis. quia tunc probat contra ſe; non tamen contra alium. & uid. l. 7. ti. 13. par. 3.

133 ¶ Fallit primo, de iure canonico: quia plenè. probat etiam abſente parte. Alci. in rub. de uerb. obli. ff. num. 8. & Feli. in c. ſi cautio de fid. inſtru. communem dicit.

134 ¶ Ex quo infertur quod in terris ſubiectis eccleſiæ, abſente parte plenè probat: Cur. iuni. côſ. 168. nnm. 12. communem dicit. licet Alexand. con. 323. uol. 2. communem dicat contrariam: quē Deci. conſi. 63. reprehendit & dicit communem priorem.

135 ¶ Fallit ſecundo, quod licet non probet: facit tamen inditium. Alci. in c. cum non ab homine. num. 98. de iudi. Marcus Anto. in trac. de indit. & tortu. num. 204. communem dicit: quam intelligit Bal. in l. una. C. de confeſ. niſi reus reuocauerit antequam ponatur ad torturam.

* § De iure regio licet reuocet: nihilominus facit magnam præſumptionem. ut in l. 132. ſtili.

136 ¶ Amplia dictum Bal. etiam ſi confeſsio ſit geminata. quia prętextu erroris poteſt reuocari. Iaſ. in l. errorem. num. 8. communem dicit. de errore calcu. C.

137 ¶ Fallit tertio, quia licet non probet confeſſio abſente parte: facta autem ex cauſa, quæ ſi uera eſſet: obligaret, confitentem inducit legatū. Cur. iuni. conſi. 96. nu. 3. communem dicit.

* § Si pars, uel eius procurator eſſet præſens: probat confeſsio extraiudicialis, ſi eſſet cauſa. ut habetur

betur in l.7.ti.13.par.3.& pro intel. iſtius legis uid.infra.

138 ¶ Fallit quarto, in confeſsione liberationis: quia etiam abſente parte. probat: Bal.conſi.466. uol.4.communem dicit: Contrariam dicit communem Io.de Ripa in l.condictionis.C.de pactis num.21.ex mēte Feli.in c.ſi cautio de fide.inſtru. num.32.& tene ſecundam.

139 ¶ Fallit quinto, quo ad ſemiplenam probationem. Aimon de antiq.tempo.par.1.in uerſi. propoſitum noſtrum nu.30.communem dicit ex Bar. in l.admonendi de iure iurand.ff.

140 ¶ Confeſsio facta parte præſente, ſi expreſsè pars non acceptet; non probat. Alci.in rub.ff.de uerbo.nu.3.& Iaſ.in l.error num.3.C.de iuris & fac.ignoran.communem dicit.

141 ¶ Confeſsio facta in uno iudicio, prçiudicat in alio. Panor.in c.per inquiſitionem num.12.de electi.communem dicit. De actis uid.in uerbo acta & in uerbo proceſſus infra.

§ Confeſsio iuditialis adhoc quod probet: de iure regio, aut præiudicet. requiruntur ſex: ætas maior in conſitente, ſpontanea uoluntas, & nō ui.uel per metum. contra confitentem; parte, uel procuratore præſente, & ſuper re certa, & non contra naturam, uel leges: ut Habetur in l.4.ti.13.par.3.& ui.l.1.ti.7.lib.2.fo.ll.& l.2.ti.3. & l.11.ti.4.par.3. & uid.plures caſus quando confeſsio præiudicet per Hypol.ſingu.329.

42 ¶ Fallit primo, in confeſsione clerici facta coram iudice ſeculari: quia non probat, nec facit inditium. Mar.Anto.de inditijs & tortu.nu.114. communem dicit.

Fallit

143 ¶ Fallit ſecundo, in confeſsione procuratoris facta in uno iuditio, quia non præiudicat domino in alio. Panor. in d.c. per inquiſitionem. commu nem dicit.

144 Fallit tertio, in his quæ non dependent a uoluntate partis: quia eis non preiudicat confeſsio. Iaſ. in l. error. num. 12. C. de iur. & fac. igno. communem dicit.

145 ¶ Confeſsio condictionalis unius actus qui ſimul & ſemel fuit adhibitus: non poteſt pro parte acceptari: ut ſi confiteatur recepiſſe decem ex mutuo cum conditione de ſoluendo infra annũ, uel ſub aliqua alia conditione: ſecus tamen ſi ex conditione quæ poſt actum interuenit: ut ſi confiteatur recepiſſe, & ſoluiſſe: bene acceptatur pro parte. Boe. deciſ. 339. nu. 3. communem dicit.

146 ¶ Limita primam partem communis in confitente homicidium commiſiſſe: ſed ad ſuam defenſionem, quia acceptatur pro parte: & tenetur probare ad ſuam defenſionem factum aliàs punitur. Iaſ. in l. ut uini nu. 13 ff. de iuſti. & iur. communem dicit quam intelligit ad condemnandum, nõ autem ad pænam corporalem. & Panor. in c. auditis de præſcripti.

147 ¶ Amplia ſecundam partem communis, ſi per ſtatutum tenetur præcisè reſpondere poſitionibus: aliàs habetur pro confeſſo. ut ſi dicat ſi mutuum accepi, reſtitui; Boe. in dec. deciſ. 339. nu. 4. communem dicit.

* § Nota iſtam communem ad intel. l. 1. ti. 4. li. 3. ordi. & hodie ſublata eſt omnis dubitatio per l. 11. in ordi. de madrid. in pragma. ubi eſt diſpoſitũ poſitionibus eſſe reſpondendum per uerbum confiteor,

fiteor, uel nego, aliàs habetur pro confeſſo.
Nota iń d.l.1.ibi y.aſi lo deue luego el iuez pro
nunciaz.poz.ſententia. Et ſic ante pronunciatio-
nem;non erit cōdemnatus etſi moriatur ante pro
nunciationem: hæres non tenetur ex tali confeſ-
ſione per l.manifeſtè in fi.ff. de iur. iuran. & uid.
Fran. Curt.iuni. conſi.59.& quæ habes in uerbo
abſens ſupra.

148 ¶ Confeſsio admittitur contra præſumptionē
iuris,& de iure. Panor.in c.is qui fidem de ſponſ.
Alci.in trac. de præſump. par. 2.num.6. commu-
nem dicit.

149 ¶ Amplia ad probationem per indirectū, quia
admittitur etiam contra præſumptionem iuris,&
de iure: Aymon.de antiqui.tempo.par.4.uerſ.iſta
materia ſingularitatis nu.14.communem dicit ex
gloſ.in cle.1.de probat.

150 ¶ Limita quando præſumptio non eſt in fauorē
partium, ut in matrimonio, in quo non admitti-
tur confeſsio contra præſumptionem iuris, & de
iure. Coua.in epi.3.c.4.communem dicit.

151 ¶ Confeſsio facta in tormentis, etiam ſi ſit per
ſeuerata, non præcedentibus inditiis, eſt nulla:
Iaſ.conſ.188.uol.2.num.2.communem dicit.

§ Nota iſtam communem ad intel.l.4.& 6. ti. 30.
par.7.& l.5.ti.13.par.3

152 ¶ Confeſsio ſocij criminibus, in caſibus in qui
bus poteſt interrogari de conſortibus: non eſt ſuf-
ficiens inditium, niſi alia ſint indicia ad torturam,
Boe.deciſ.319.nu.1.& 2.Tho.Grama. in uoto 6.
nu.2.communem dicit.

153 ¶ Confeſsio mariti in inſtrumento dotali ſe re-
cepiſſe, & habuiſſe mille in dotem præſumitur tē

pore

pore dotis recepiſſe: & non ex interuallo. Alci. de præſum.re 2.nu.8.præſum.35.communẽ dicit.

154 ¶ Confeſsio de dote recepta, non firmatur iuramento. Cur.iuni.conſi.95.num.4. communem dicit.

155 ¶ Confeſsio dotis cum cõſtat animo donandi: licet non præiudicat marito, tamen confirmatur morte; Cur.iuni.conſi.95.nu.6.communem dicit. & uid.infra in uerbo dos.

156 ¶ Confeſsio recepti, ex quo non conſtat de actuali muneratione: præſumitur facta ex cauſa donationis. Curt.in d. conſi.num. 3. communem dicit.

157 ¶ Confeſsio filij præiudicat patri: ſicut uera probatio. Boe.deciſ.221.numer.17.communem dicit.

158 ¶ Confeſsio de dote recepta facta conſtante matrimonio, cenſetur facta in fraudem legis, & ſic non nocet nec marito, nec creditoribus: quãdo fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis. Hanc magis communem inquit Alexan. conſi.142.col.1.uol.5.& Ioan.Crot. in l. ſi conſtãte col.52.uerſi.ſecunda concluſio.ff.ſol.matr.

159 ¶ Cõfeſsio facta in iudicio poſſeſſorio ſummariè, facit fidem in petitorio plenario, communẽ ait Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune nn.120. de acquir.poſſ.

160 ¶ Confitens confeſſori ſua peccata, tenetur patefacere confeſſori etiam notoria, & nota ipſi ſacerdoti. Naua.in c.1.uerſ.ſtatus cui.officium nu. 61.de pęni.diſtin.2.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.25.& 26.ti.4. par.1.loquentium de ſacramento pænitentiæ.

Confirmatio

161 ¶ Confirmatio ſi eſt facta ex certa ſcientia: nō cenſetur confirmatum in ualidum cum præiuditio tertij. Io. de Ripa. de legi. li. 1. reſpon. 2. nu. 6. communem dicit.

162 ¶ Conſanguinei. uerbum legaliter debet intelligi & propriè niſi conſtet de communi uſu loquēdi: qui tamen uſus qualis ſit: debet plenè probari. Curt. iuni. conſ. 176. num. 6. communem dicit.

163 ¶ Conſanguinei non habita diſtinctione de agnatis, uel conſanguineis, ſuccedunt conſanguineo ab inteſtato uſque ad decimum gradum. Coua. in epito. de ſucceſsio. ab inteſtato. conclu. 11. communem dicit.

* § De iure regio ſuccedunt uſque ad duodecimum gradum l. 6. ti. 13. par. 5. Et nota iſtam communē ad intel. illius l. inquantum aſsignat differentiam de agnatis, & ſolum quo ad fratres; uel eorum filios. in alijs autem non fit differentia per iſtam communem. Et in quantum d. l. extendit ſucceſsionem uſque ad duodecimum gradum: intellige ſecundum computationem legalem, & ciuilem: ut per Prepo. in arbo. conſan. num. 49.

164 ¶ Nota quod quando agitur de ſucceſsione patrum, uel auunculorum, filius fratris ſuccedit in locum patris: ſuccedunt in iſtirpe, & non in capita ſecus tamen in qualibet alia ſucceſsione conſanguineorum, quia ſucceditur in capita. Iaſon conſi. 173. nu. 2. uol. 4. communem dicit.

* § Concordat cum l. 5. ti. 13. par. 6. de quo per l. 8. in deci. tau.

165 ¶ Amplia iſtas communes, non ſolum in bonis allodialibus, ſed etiam in feudalibus: quia qn̄ ſpecialiter in feudalibus non inuenitur aliquid diſpoſitum

ſpoſitum regulantur iſta bona ſecundum ius commune . Ial.in d.conſi.communem dicit.

166 ¶ Conſenſus Aepiſcopi, qui debet interuenire in donatione iuris patronatus: poteſt interuenire poſt donationem factam Lamber. in tract. de iur.patro.in 2.par.pri.libri q.1.ar.10.nume.5. communem dit.

167 ¶ Conſenſus domini feudi in alienatione feudi per uaſſallum facienda, in quem tranſlatum eſt feudum de uoluntate domini, eſt adlubendus. & non.uaſſalli,qui tranſtulit, Hyero.Cagno. in l.ſocij mei nu.9.ff.de reg.iur.communem dicit.

168 ¶ Conſilium doctiſsimi uiri excuſat ab expenpenſis partem. Cur.conſi.19.num.4.communem dicit.

169 ¶ Conſilium qui tenetur exigere,non tenetur Segu.Aymon.conſi.1.communem dicit.

170 ¶ Conſtitutionis tempus non obſeruans, non dicitur obſeruare formam conſtitutionis. Curt. iuni.conſi.166.num.4.communem dicit.

*§ Extende de iure regio quo ad tempus uel prætium rei locatæ. ut eſt in l.4.ti.8.par.5.

171 ¶ Conſtitutio corrigens, etiam pænalis,extenditur ex identitate rationis. Addi.Imol.in cle.1. de reſ.communem dicit.

172 ¶ Conſtitutum poſitum in contractu. regulatur ſecundum naturam contractus.Iuni.con.131. num.12.communem dicit.

173 ¶ Conſtituti clauſula ratione incertitudinis,nihil operatur. Iuni.conſi.120.nu.5.communem dicit uid.in uerbo poſſeſsio,

174 Conſuetudo non probatur per teſtes ſingulares. Deci.conſi.215.communem dicit.

Conſuetudo

175 ¶ Conſuetudo, ſi eſt per legem ſublata : non poteſt de nouo introduci. quia lex ſimpliciter reprobans conſuetudinem, non ſolum intelligitur de præteritis ſed etiam de futuris. Iaſon in l.cunctos populos nu.74.C.de ſumma trini.Imol.in c. cum ab omni de uit.& honeſt.cler.nu.3.& Alex. in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.communem dicit. De iure regio cum conſuetudo non poſsit introduci ſine ſcientia Regis .l.5. ti.2. par. 1.per conſuetudinem tollitur talis lex iuxta d. Anto.quem refert Roc.in.c.fi.de conſue. fol. 53. limit.tertia.

176 ¶ Conſuetudo, uel ſtatutum debet obſeruari reſpectu ſolemnitatis actus. Panor. conſil.52. uol.2.communem dicit.

177 ¶ Amplia etiam ad teſtamentum, quia per conſuetudinem poteſt tolli ſollemnitas teſtamenti: Boe.in conſuetu.bitu.in Rub.des coſtumes concẽns les teſtames.§.1. cõmunem dicit, approbat opini.Bart.in l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.1.ti.2.li.5.ordi.& l.3.in ordi.tau.

178 ¶ Conſuetudo de alienando utile dominium æccleſiæ, certo modo non poteſt extendi ad aliũ modum etiam utiliorem eccleſiæ. Iuni.con.158. num.12.communem dicit.

179 ¶ Conſuetudo,quę ſit: quæ ſit rationabilis: relinquitur arbitrio iudicis Io.Nicol.in florib. iuris patronat. lib.1.num.15. aſſerit communem, ex Io.And.in c.1.de conſtit.in vi.ſuper uerbo.rationabilia.

180 ¶ Conſuetudo probatur per Doctores dicẽtes ita eſſe conſuetudinem. communem dicit Dec.

conſi.540.nu.10.& in l.11.§.mutui datio, in ultima lectura nu.13.cũ ſequen.ff.ſi cer.pet. & Alex. quamuis ipſe diſcrepet in l. poſt dotem num. 29. ff.ſol.matr.

181 ¶ Conſuetudo, ut probetur requiritur quod teſtes deponant de uiſu actus, cuius conſuetudo allegatur, & quod deponant de frequentia, & temporis diuturnitate, & actus tales factos fuiſſe ut appareat interueniſſe tacitum conſenſum populi, communem aſſerit Dec.in con.489.nu.25.

182 ¶ Conſuetudo etiam iniuſta, excuſat a pœna: Gomeſ.in cap.1.de conſti.nu.131.lib.6. communem dicit.

183 ¶ Conſuetudo introducitur per decem annos: Iaſ.in l.de quibus.ff.de legi.num.47. communem dicit.concor.cum hac communi l.5.ti.2.par.1.ibi diem, o uiente annos. intellige iſtam communẽ quando eſt preter ius. Io.mona.de iur.patro li.1. num.17.communem dicit ex gloſ. in c.fi. de conſue.li.6.

184 ¶ Nota quod adhoc quod conſuetudo introducatur non requiritur quod in contradictorio iuditio introducatur: Panor.in c.fi.nu.16. communẽ dicit: quem refert Tiraquel.de primo geni.q.91. infin.

185 ¶ Conſuetudo ſpecialis non uincit legem.Iaſ. in d.l.de quibus nu.50.communem dicit.

186 ¶ Nota quod ſimile conſuetudinis non uincit legem. Iaſ.in d.l.de quibns num.14. communem dicit.

187 ¶ Conſuetudo, adhoc quod obliget uniuerſitatem ad aliquid faciendum, requiritnr quod introducatur ſciente, ac conſentiente tota uniuerſitate,

ſitate, uel ſaltem maiori parte. Io.de Ripa de legi.li.1.reſpon.26.nu.7.communem dicit.

188 ¶ Conſuetudo operatur circa decimarum quãtitatem, & ſi minus decima ſoluatur. Balbus de preſc.par.5.q.5.communem dicit.

189 ¶ Cõſuetudo poteſt facere inhabilem qui aliàs erat habilis de iure communi, ad contrahendum matrimonium. Coua.in epi.4.c.6.§.9.numer.19. communem dicit ex glo.in c.ſuper his de conſan. & affin.

190 ¶ Conſulens aliàs facturo, non tenetur de delicto poſtea commiſſo.Imol.in c.1. de offi.deleg. Feli.in cap.ſicut dignum de homic. nu.7. Panor. in cap.nuper de ſent.exco.communem dicunt; licet Panor.ibi teneat contrarium. Hyero.Cagno. in l.conſilij non fraudulenti num.9.ff.de reg. iur. dicit quod conſulens non facturo, tenetur in totum: conſules autem facturo, mitius punitur:& hanc diſtinctionem tenet etiam Deci.in d.c.1.nu. 9.& communem dicunt.

✶ §. Nota iſtam communem ad intel.l.2.ti.2.par.7. loquẽtis de conſulente ad crimen læſæ maieſtatis & l.1.& 9.ti.7.par.7.de conſilio falſi, uel falſæ monetæ.& l.4.& 18.ti.14.par.17.de conſulente filiũ, aut ſeruum circa furtum domeſticum.

191 ¶ Contractus cui relinquitur in arbitrium alicuius: ſi eſt formatus,ualet. aliàs non. Cur.iuni. conſi.126.num 13.communem dicit.

192 ¶ Contractus permutationis dicitur in quo cõtrahentes intenderunt permutare: etiam ſi interueniat pretium. Boe.deciſ.144.num.1.communem dicit.

193 ¶ Contractus celebratus pro ſe, & filijs & hæ-

redibus, non comprahendit extraneos hæredes. Alex.conſi.56.num.2.uol.2.magis communem dicit ex Butr.in c.dudum, de electi. & in cap. examinata, de iudic.

194 ¶ Contractus eſt licitus, ſi dentur monaſterio quinquaginta ducati, ut alatur per totam uitam. Iaſ.in l.cunctos populos. num. 63. in princip. lecture .C.de ſumma trini.communem dicit.

195 ¶ Contrarietas in iure non eſt admittenda: immo potius ſuperfluum. Iuni.conſi.74.nu.13: communem dicit. Et ſi contrarieras ſit inter ius canonicum & ciuile in non concernentibus peccatū; ius canonicum obſeruatur in terris eccleſiæ:ciuile autem in terris imperij. Cur. iuni. conſi, 136, num.4.communem dicit: Deficiente iure regni reccurrendum eſt ad ius canonicum, & non ad leges. Io.lupus in re.iu.de donat.inter uir.& uxo, colum.6.

196 ¶ Contumacem non notorium, uel manifeſtū iudex non poteſt multare ſine citatione, Aret.in ca.1.nu.61.de iudic. teſtatur communem ex Bar. in l.11.ff.ſi quis in ius uocat.non ierit.

197 ¶ Cōuentio inter duos de ſucceſsione alicuius diuidenda, non ualet: etiam cum iuramento: niſi de conſenſu illius de cuius ſucceſsione agitur, & in uoluntate uſque ad mortem durante. Iuni. conſi.98.num.3.communem dicit.

198 ¶ Amplia iſtam communem ad pactum de hæreditate uiuentis, etiam inter filios. Iaſ.in l.de quæſtione.C.de pactis num.5. communem dicit.

✶§ Concor.hæc ampliatio cum l.13.ti.5.par.5.

199 ¶ Copulæ natura eſt ampliare quantum poteſt, etiam ſi ponatur inter duo ſubſtantiua abſque relatiuo.

Iatino. Ripa.de reſ.c.2.nu.47.communem dicit.

200 ¶ Copulatiuè quando plura ponuntur, quorũ unum uenit ut accedens ſeu qualificans, aliud oportet probare utrunque Ripa in d c.2. num. 59. communem dicit.

201 ¶ Copulatiuorum, non requiritur concurſus: quando ponitur copula inter perſonas inter quas cadit ordo charitatis. Ripa nu.54. cõmunẽ dicit.

202 ¶ Correctio fraterna caddit ſub precepto peccati mortalis. Prep.in c.ſi peccauerit 2.q.1. Are. in c.noui. de iudi.communem dicit.

203 ¶ Correctus in caſibus, in quibus non poteſt interrogari de alijs, facit ut iudex poſsit inquirere. Mar.Anto.in trac.de indic.& tortu.389.communem dicit.

204 ¶ Correlatiuorum idem eſt iuditium, etiam in pænalibus. Io.Nico.in l.generaliter num. 26.C. de ſecun.nupt.communem dicit.

205 ¶ Corrumpens libros archiui publici, comprehenditur ſub pæna legis ſi quis.ff. de iuriſd. omni. iudi.Iaſ.in .d.l.nu.40. communem dicit.

206 ¶ Creditor non dicitur, cui ex delicto, uel legato debetur. Ripa in rubr.ff.ſi cer.peta.num.92. communem dicit: quæ facit ad intel.l.2.ti. 8. li.3. fo.ll.& aliarum legum de quibus in uerbo condemnatus.

207 ¶ Creditor, adhoc quod poſsit habere regreſſum contra fideiuſſores, uel contra tertios poſſeſſores, requiritur non ſolum denunciatio nuntij poſita in actis quod non inuenit bona debitoris: ſed requiritur pronunciatio iudicis. Iaſ. in l. ſtipulatio .§.habet autem nu.7.ff.de noui.ope.nũ. communem dicit.

208 ¶ Creditor, cui fuit promiſſum certa die ſoluere, uel dare pignora: adueniente die, poſt precisè cogere debitorem ad ſoluendum. communẽ inquit Rip. in l.4.§. ſi exqueſtione nu.9.ff. de re iudic.

209 ¶ Creditor qui merces uendidit debitori ex quo contractu ortum fuit creditum: ſi debitor fugit, nõ eſt potior in re uendita alijs creditoribus prioribus. uterque Imol. in l. ſi cum dotem. §. fi. ff. ſolu. matri. & Fanus de pigno. & Hypol. in 5. par. mem. 2. num. 8. communem dicit.

210 ¶ Amplia iſtam communem ad creditorem ex mutuo, qui non eſt potior in re empta ex pecunia mutuata. Anto. de fano in 2. par. mem. 1. num. 13. communem dicit.

211 ¶ Limita primo, ſi pecunia fuit mutuata ad illã rem emendam. Fanus in 5. par. mem. 2. nu. 8. communem dicit.

✚ 5 Concor. cum l. 30. ti. 13. par. 5. & intel. prout in communi ſequenti & vi. l. 27. & 28. & 29. eiuſdem tituli.

212 ¶ Reſtringe iſtam limitationem quantum ad actionem perſonalem: non habens hypotecam etiam generalem, profertur creditori ex mutuo ad rem emendam: cum actio mutuantis ſit perſonalis: & non preiudicat actioni reali. idem Fanus num. 8. communem dicit.

213 ¶ Limita ſecundo, in re empta ex pecunia æccleſiæ. Io. de Ripa in l. iuris conſulto nu. 6. ff. in qui. caſi. pig. uel hypot. contrah. communem dicit. & uid. per eum regulas, & limitationes alias.

214 ¶ Creditor cui datus eſt fundus pignori, cui anexum eſt ius patronatus beneficij: non poteſt

præſentare

præſentare. Io.igne.in l.1.§.ſeruus pignori nu. 3.ff.ad ſill.commmunem dicit.

§ De iure regio eſt l.9.ti.11.par.1.quę uidetur diſponere contrarium etiam in locatore: ſed dictã legem intellige in pignore, in quo non eſt ſpes luitionis: de quo per Io.igneum in d.§.ſeruus, num.8.& in locatore non ad modicum tempus p gloſ.in c.ex littteris de iu.pa.& Pau.de caſtro conſi.361.uol.1.& Ceſar.lamb.de iu.patro.ar.2.q.8.par.2.li.1.

215 ¶ Creditore ſuccedente debitori confunditur actio hypotecaria Io.Cora.in l.frater a fratre nu.20.ff.de condi.indebi.communem dicit.

216 ¶ Credulitas etiam fatua excuſat a pæna doli Cur.iuni.conſi.19.num.4.communem dicit.

D

1 DAmnatus de crimine ciuiliter efficitur infamis. Io.de Imol.in l.infamem.ff.de publi.iudic.communem dicit.

§ Concor.cum l.2.ti.6.par.7.in fin.

2 ¶ Damnum emergens ex contractu matrimonij, non poteſt peti, niſi doloſè pars ſe habeat Panor. in c.gemma deſponſ.communem dicit.

3 ¶ Dans pecuniam, non præſumitur animo donandi; Soci.in l.cum quid.ff.ſi cer.peta.communem dicit.

4 ¶ Fallit ſi eſt in parua quantitate. Io.lupus in repe.rub.de donat.inter uir.uxo.col.30.§.11.nu.1.communem dicit.

5 ¶ Data re in ſolutũ creditori debitor ulterius nõ admittitur ad reluendum. Deci.conſi.558.col.1.

uerſi.in cõtrarium tñ Datio cohæredis extranei licet non tollat ſuitatem quantum ad impediendũ tranſmiſsionem, tollit tamen ſuitatem quantũ ad confirmationem pupillaris ſubſtitutionis; communem ait Rip.in l.1.nu.166.ff.de vulg.&.pup.

6 ¶ Debitor ſi impetrauit moratoriam exceptionem, debitores illius poſſunt uti eadem exceptione contra eum.Io.de Ripa in Rub. de reſt.nu.4.communem dicit.

7 ¶ Nota quod iſte debitor qui impetrauit moratoriam exceptionem debet preſtare cautionem creditori. Pirrus conſue.aure.de executione ex locato.c.18.communem dicit ex l.uniuerſa.C.de præci.impe.offeren.ubi etiam Iaſ.dicit quod non præiudicat hęc exceptio credito iurato.

8 ¶ Debitor alteratiuè ex ſtipulatione, quando uerba ſtipulationis ad ipſum referuntur: poteſt eligere quem maluerit. Io.de Ripa in l. inter cæteras nu.70.de reſ.communem dicit.

9 ¶ Debitor obligatus alternatiuè ad dandum animal, uel centum ſatisfacit: ſi tempore ſolutionis,ſit animal debilius quam tempore obligationis. Iuni.conſ.24.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad corroborationem l.2.& 9.& 39.ti.14.par.5.ubi cauetur quod obligatus ad dandum animal ad certum tempus; ſi interim moriatur animal ſine fraude obligati liberatur, Et plus dicit d.l.39.quod prommittens æquum, aut mulum, quod uno mortuo extinguitur obligatio: & non tenetur ad dandum alterum,Et de iſtis debitis alternatiuis uid.l.24.ti.11 par.5.& l.23.ti.9.par.6,& l.22.ti.15.par,7.& Afflictum in deciſ. Neapo.397.

Debitor

10 ¶ Debitor alternatiuè ex ſtipulatione, quando uerba ſtipulationis ad ipſum referuntur: poteſt eligere quem maluerit. Io. de Ripa. in c. inter cęteras num. 70. de reſ. communem dicit.

11 ¶ Limita in obligato in paſcha ad dandum centum, aut pignus: quia nō ſatisfacit dando pignus: ſed compellitur præcisè ad centum. Iaſ. in l. ſi ſe obtulit. §. ſi ex conuentione num. 6. ff. de re iud. & Io. de Ripa in d. c. inter cæteras cōmunem dicūt.

12 ¶ Debitor coactus per ſuperiorem; ut ſoluat iniuſtè ob iniuriam creditoris periculum eſt creditoris. Iaſ. in conſ. 27. uol. 3. communem dicit.

§ In ſimili dicit l. 7. ti. 8. par. 5. quod ſi aliquis habet uineam; uel arbores alicuius & ad iniuriam ſuam inimici eius fecerunt aliquod damnum: tenetur ad damnum domino.

13 ¶ Debitor obligatus ad dandum certam quantitatem, ſoluendo partē, liberatur in parte, ſi creditor uelit accipere: aliàs nō. Alci. in l. 2. §. & harum. ff. de uerbo. oblig. communem dicit.

14 ¶ Debitor in quantitate non liquida poteſt offerre certam quantitatem, & dare fideiuſſorem de reſiduo, ſi apparuerit plus debere. Cur. Iuni. cōſ. 122. num. 69. communem dicit.

15 ¶ Debitum ciuile tantum, quocunque errore ſi ſoluatur: ſemper repetitur. ut in obligatione literarum confeſsiones mutuæ ſub ſpe futuræ numerationis ex qua naſcitur ante biennium ſola ciuilis. Iaſ. in l. cum quis nu. 5. C. de iur. & facti. ignoran. communem dicit.

16 ¶ Decretum præſumitur factum ſolemniter, & ex iuſta cauſa: & uera. Alci. in trac. de præſump. re. 3. præſum. 10. communem dicit.

Nota

17 ¶ Nota, decretum interpoſitum eſſe cauſa cognita, ſtatur aſſertioni iudicis aſſerentis. Aymon de antiq.tempor.in 2.par.in uerbo ſed iſta limitatio. nu.15.communem dicit.

18 ¶ Delegatio poteſt fieri ut petat conſilium alicuius tertij: etiam ſi ſit ſub delegatio. Feli.in ca. ſi pro debilitate de offi.delega.communem dicit.

19 ¶ Delegatio dicitur quando aliquis dat debitorem ſuum, uel expromiſſorem, etiam non debitorem: per quem delegans liberatur Aret. conſi. 5.num.1.& Affli. deci. Neap.353.num.4.communem dicit ex Bar.in l.de legari.ff. de nouatio.12.

20 ¶ Delegatus poſt tempus datum ad cognoſcendum, poteſt proferre ſententiam; ſi pæna eſt appoſita iudici non determinanti. Feli.in c. de cauſis de offic.de leg.communem dicit.

21 ¶ Delegatus poſt ſententiam latam, non habet plus cognitionis. Feli.in c.ex litteris de offic.de leg.communem dicit.

22 ¶ Fallit primo, ſi non obſeruauerit formam mandati: quia etiam poſt ſententiam poteſt reuocare acta, & de nouo cognoſcere: Feli.in c. qualiter & quando de accuſat.communem dicit, & Ripa in l.quod iuſsit. col.14.num.66.ff.de re iudi.

23 ¶ Fallit ſecundo, quia poteſt mandare executioni ſuam ſententiam. Panor.in c.ſignificaſti de offic.de leg. Anto.de tremo. in addi.ad bona in practi. exceptio. in rubr. de reſ.num. 4. communem dicit.

24 ¶ Amplia dictam limitationem, non ſolum quoad ſuam ſententiam, ſed etiam illius qui uice ſua iudicauit. Iaſ.in l.cum ſpecialis num.5.C. de iudi.communem dicit.

25 ¶ Reſtringe iſtam limitationem, & ampliationem in delegato principis: nā legatus inferioris non poteſt mandare executioni ſuam ſententiam: tamen admonere, & excommunicare poteſt. Feli.in c.ſignificaſti de offic.de lega.communē dicit.

26 ¶ Delegatus principis, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, poteſt facere citationem realem, ſeu perſonalem. Cur.iuni.in l.2.num.39.ff.de iuriſd. omni.iudi.& Iaſ.in l.cui iuriſdictio num.22.ff.eo. ti.communem dicunt.

27 ¶ Delegatus inferioris a principe non poteſt, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam; facere citationem perſonalem. Iuni.in d.l.2.num. 18. communem dicit.

28 ¶ Fallit, ſi timetur de fuga. idem ibi. num.30. communem dicit.

29 ¶ Delegatus datus ſub nomine dignitatis, non tranſit ad ſucceſſorem quando quis habet dignitatem non nomine proprio. Iaſ.in l.more.num,65. ff.de iuriſd.omni.iudi.communem dicit.

30 ¶ Delegatus non poteſt minuere, nec augere quadrimeſtre quod datur iudicatis ad ſoluendum Iaſ.in l.qui.tribubali num.5.ff.de re iudic.communem dicit.

31 ¶ Delegatus poteſt ſibi eligere locum ubi ius dicat. Iuni.in Rub.ff.de offi.eius cui man.eſt iuriſd. nu.22.communem dicit.

32 ¶ Delegatus, quando eſt periculum in mora: ut in inſigni latrone, poteſt imponere pœnā mortis. Iuni.in l.1.ff.de offi.eius cui. nu.65.communem dicit. Et plus dicit Alci.in c.quod ſedem nu. 83.de offi.ordi.eſſe communem opi. quod delegato mæro imperio in caſu in quibus delegatio ſubſiſtit:

ſiſtit: de legatus poteſt procedere ad ultimum ſupplicium.

33 ¶ Delegatus non poteſt mittere in poſſeſsionẽ ex primo decretro. Iaſ.in l.iubere num. 18.ff. de iuriſd omni.iudi.communem dicit.

34 ¶ Delegatus inferioris a principe poſt litem cõteſtatam poteſt ſubdelegare tam in ciuilibus, quã in criminalibus. Petr.nuni.de exeq.mand. Regũ c.1.fol.10.col.4.communem ait, ex gloſ.in l. unica.C. qui pro ſua iuriſd.

35 ¶ Delegatus etiam a principe, non poteſt ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi: quid poteſt ordinarius. Maran.in trac.de ord.iud. parte quarta nu.58.communem aſſerit ex Iaſ.in l.1.de offic. eius.

36 ¶ Delegare poteſt princeps cauſas mæri, & miſcti imperij. Iuni. in d. l. 1. num. 73. communem dicit.

37 ¶ Amplia ad delegatum principis qui poteſt ſub delegare cauſas mæri ac mixti imperij. Cur.in d. l.1.num.74 & Alci.in d.c.quod ſedem. num. 81. communem dicunt.

38 ¶ Amplia ſecundo, in ordinarium propter infirmitatem. Iuni.in d.l.1.num.81.cõem dicit.

*§ Nota iſtas communes cum ſequentibus ad intel. l.19.ti.4.par.3.dicentis delegatum a principe poſſe ſubdelegare.

39 ¶ Reſtringe iſtam ampliationem ad infirmitatẽ grauem, non tamen ad leuem. idem Iuni.nu.81. communem dicit.

40 ¶ Amplia tertio, in ordinario propter abſentiã neceſſariam. idem Iuni.nu.68 .communem dicit.

41 ¶ Nota quod abſentia neceſſaria præſumitur, idẽ num.

num. 69. communem dicit.

* § Nota iſtas omnes, cum alijs quatuor ſequentibus ad intel. l. 5. ti. 15. li. 1. ordi. quæ aſſumpta eſt a l. 2. ti. 6. li. 1. fo. ll. ubi diſponitur quod propter infirmitatem, uel etiam ex alijs cauſis pretores quos vulgo dicimus alldens, poſſunt committere alteri exercitium iuriſditionis; dummodo locum tenens ſit bonus uir: & iuret ad miniſtraturum ius, & iuſtitiam. Et nota quod iſte locum tenens poteſt omnem iuriſditionem exercere: tamen non poteſt ad mortem quenquam condemnare licet poſsit abſentes pronuntiare eſſe confeſſos. ut habetur in l. 129. in ll. ſtili. licet 18. ti. 4. par. 3. excipiat etiam mutilationem membri, & cauſa ſtatus tamen per l. ſtili. ſola mors excipitur. Aduerte, quod iudex ordinarius datus a Rege, ex iſtis cauſis poteſt alteri cõmittere iuriſditionem lege hac permittente: aliàs de iure communi, cum iſti iudices ordinarij ſint ſolum adminiſtratores. ut per Bal. in c. cum uigeſimum nu. 3. de offi. deleg. & uſurarijs non poteſt dare uſurarium alium. ut in l. 2. de uſu. quæ etiam per plura comprobat Alci. in paradoxis. li. 2. c. 6. non poſſunt uicarios conſtituere in iuriſditione. ut per Caro. Molin. in conſue. par. 1. in mate. feuda. ti. 1. §. 1. gloſ. 5. uerſ. le fief. nu. 57. cum ſequente ex quibus poſsimus concludere iudices ordinarios creatos ab inferioribus recognoſcentibus ſuperiorem, non poſſe conſtituere uicarios: niſi de mandato domini. quod cogita hodie, correctoribus ciuitatum per Regem datur facultas ponendi uicem gerentem cũ creatur corrector in caſibus permiſsis quem aliàs non poterant ponere per l. 10. ti. 16. li. 2. ordi. ſine expreſſo

preſſo mandato. Et de iſtis uicem gerentibus ui de Petrum nunium in c. 3. correctorum de exequen.man.regum.

42 ¶ Nota ſecundo, quod ordinarius non poteſt delegare ea quæ ſunt mæri, & mixti imperij, propter multitudinem cauſarum idem. Iuni.in d. l.1.nu.83.communem dicit de offi.eius cui mand. eſt iuriſd.

43 ¶ Fallit prima, ampliatio: ſi in cõmiſsione prin cipis eſt appoſitum uerbum præcipimus. Feli. in c.eam te de reſ.& in c.ſi pro debilitate de offi. de leg.Cur.iuni.in d.l.1.num.80.communem dicit.

44 ¶ Fallit ſecundo,ſi eſt onerata conſcientia delegati: quia non poteſt ſubdelegare. Soci.conſ.95. uol.1.col.3.communem dicit.

45 ¶ Fallit tertio, ſi eſt electa induſtria perſonæ de legati. idem Soci.communem dicit.

46 ¶ Fallit quarto, quando delegantur ea quæ ſunt conceſſa in ſignum ſupremæ poteſtatis. Cur.iuni. in d.l.1.num.8.communem dicit.

47 ¶ Fallit quinto, in actuali miſsione in poſſeſsionem: quia licet poſsit ſubdelegari cognitio de mittendo in poſſeſsionem:non tamen ipſa miſsio Cur.iuni.in l.1.de iuriſd.omni.iud.ff.nu.36. communem dicit.

48 ¶ Amplia iſtam quintam limitationem ad miſsionem in poſſeſsionem ex primo decreto. Iaſ. in l. iubere num.70.ff.de iuriſd. omni. iudic. communem dicit.

50 ¶ Fallit ſexto,quado agitur de remotione actuali tutoris: ut puniatur quia ſolus preſidens cognoſcit: ſecus tamen ad remotionem ciuilem.Iunior in l.cognitio nu.7.ff.de offi.eius cui mand. communem

munem dicit.

51 ¶ Fallit ſeptimo, in cauſa criminali, Albe. in l. 1.ff.de offi.eius cui mand. communem dicit, ſed Iaſ.ibi tenet contrariam eſſe cõmunem. ſed Boe. in deci.6.nu.8.& 9.& 10.concordat dicens quod tota cauſa non poteſt ſubdelegari: ſed tamen articulus cauſæ ſic.

52 ¶ Fallit octauo, in ſubdelegato principis, Iuni. in d.l.1.de offi.eius nu.80 communem dicit.

53 ¶ Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum poteſt ſubdelegare authoritatem preſtandam in manumiſsione. Cur.iuni.in l.mandata.num.7.ff.de offi. eius; communem dicit.

54 ¶ Nota quod Epiſcopus poteſt delegare cauſas clerici, laico: Iuni.in rub.ff.de offic.eius cui.nu. 20.communem dicit.

55 ¶ Delicta pręſcribuntur per uiginti annos, Boe. deciſ.76.nu.6.communem dicit.

*§ Concor.cum l.5.ti.7.par.5.quæ loquitur in falſario: adulterium autem accuſatur uſque in quinquennium l.quinquénium.ff.de adulte.l.4.ti.13. par.7.actio de dolo durat per biennium ad intereſſe, ex damno prouenienſ agitur per triginta annos l.6.ti.17.par.7.& hoc damnum nõ eſt illud de quo loquitur l.4.ti.7.l.5.ordi. Et circa illam l.uid. Geral. in ſing. 72.ponentem regulam, & limita.

56 ¶ Delicta quæ dicuntur Grauia: relinquitur arbitrio iudicis. Alci.in cap. cum non ab homine, nu.28.de iudi.communem dicit.

*§ L.33.ti.5.par.1.tria delicta grauia dicit: crimẽ hereſis, ſimonia, & homicidium uoluntarium. ſed nota iſtam cõmunem ad ampliationẽ illius legis.

Delinquens

57 ¶ Delinquens poteſt puniri in loco delicti, & in locum originis ſecundum ſtatuta loci delicti, Alci. in c. pernicioſam num. 67. de offi. ordi. communem dicit.

*§. Nota iſtam communem ad declarationem l. 32. ti. 2. par. 3. ubi ponitur locus, ubi reus delinquens poteſt conueniri: & etiam ad intel. l. 1. & 2. ti. 17. li. 8. ordi. loquentium de remiſsionibus faciendis per iudices ad requiſitionē iudicis procedentis. Et circa dictas remiſsiones uid. l. 18. ti. 1. par. 7. per quam approbatur opi. Bar. in l. ſi cui. §. ſi cum ſacrilegium. ff. de accuſa. dicentis remiſsionem eſſe neceſſariam: & per d. l. 1 reprobatur glo. in l. a diuo Pio. §. ſententiam in uerbo in prouintijs. ff. de re iudi. dicens in ciuilibus non habere locum remiſsionem quæ communiter approbatur & per d. l. diſponitur contrarium: tamen dicta gloſ. poteſt adaptari ad intel. l. 5. ti. 2. li. 3. ordi. ubi diſponitur quod abſens ex cōtumatia poteſt citari etiā in alieno territorio: quod planè intelligendum eſt in criminalibus. ſecus tamen in ciuilibus, ratione contractus, iuxta tex. in. §. contrahentes de for. compe. li. vj. & d. l. 1. ti. 7. & l. 5. eſt intelligenda in iudice delicti cognoſcenti. & non in iudice domicilij. ut per Panor. in c. fi. de for. compe. ex quibus limitatur noſtra communis in hoc regno. Et uid. diſt. Panor. in d. c. fi. diſtingentem inter crimina grauia, & leuia: & ſecundum eius diſtinctionem intellige dictas leges.

58 ¶ Denunciatio Euangelica in prælatis eſt de precepto. Alci. in c. nouit num. 20. de iudic. communem dicit.

59 ¶ Denunciatio Euangelica non requirit trinam monitio-

monitionem. ut dicebat Hoſti.ſed ſufficiunt duę. Panor.in c.in omni negotio num.3.de teſti. communem dicit.

60 ¶ Denunciationem euangelicam poteſt facere criminoſus: cum denunciat pro proprio intereſſe, Alci.in cap. nouit num.14. de iudic. communem dicit.

§ Amplia ad accuſationem pro propria iniuria, quam poteſt facere accuſatus de aliquo crimine graui.l.4.ti.1.par.7.

61 ¶ Defendere promittens, de iure, & facto: non tenetur armis defendere. Hyero. Cagno.in l. nō uidetur. nu.5.ff.de reg.iur. communem dicit.

62 ¶ Deportatus, cui ex teſtamento, uel ab inteſtato delata eſt hęreditas, eſt incapax: & ſuccedunt alij inſtituti, uel uenientes ab inteſtato ac ſi deportatus inſtitutus non eſſet Alex.conſi. 26. in princ.li.1.magis communem ait.

63 ¶ Depoſitarius, qui ſe obtulit depoſito: tenetur etiā de leuiſsima culpa Barba.in c.bona fides, de depo.communem dicit.

64 ¶ Depoſitarius, qui recipit aliquid pro depoſito: tenetur de leui culpa.Panor.in d.c.bona fides nu.3.de depo.communem dicit.

§ Nota iſtas communes: & uid.l.4.ti.3.par.5.& l.1.ti.15.li.3.fo.ll.

65 ¶ Dictio perinde,cum apponitur cum dictione per omnia, importat omnimodam æqualitatem. Io.igne.in l.1,§.ſeruus num.14.ff.ad ſill. communem dicit.

66 ¶ Dies indultus a lege miſerationis gratia, non impedit natiuitatem, neque exercitium actionis. Io.Franc.a Ripa in l.intra dies, in princ.ff. de re

iud.dicit hanc opin.communiter receptam.

68 ¶ Dietę computantur a loco domicilij.do.de Rota in deci.643.in antiq.commumen dicunt.

*§ Pragma.25.computat iſtas dietas a fine diocęſis illius qui conuenitur: & quælibet dieta habet decem leucas in d.pragma.& in l.8.ti.3.li.2.fo.ll.

69 ¶ Difficultas excuſat a mora: etiam in obligationibus dandis hanc dicit communem antiquorum uſque ad Alex.ſed quod poſtea Recent. contrariã communiter tenent, Purpur.inl. quod te nu.63. ff.ſi cert.pet.

70 Dilatio ſignata a lege,ſiue cum miſterio iudicis ſiue ſine eo, iudex non poteſt abbreuiare,uel prorogare: niſi aliud ĩueniatur in lege expreſſum uel quando tempus datur a lege:ſupplendo defectum iudicis.Iaſ.in l.pro tribunali.nu.22.ff. de re iud. communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.1.ti.3.li.3. ordi.quæ loquitur in conteſtatione. & l.1. & 4. de termis iuditij.& l.2.ti.6.de deſtinatoria proponẽda, & probanda,& de alijs terminis ad d.l.poſitis.

71 ¶ Dilatio per iudicem data, poteſt ab eo commutari,reuocari, uel abbreuiari. Iafre. Balbus dec.333.communem dicit.

*§ Intellige hanc communem: niſi cui facta fuit dilatio, incepiſſet uti illa, ut per d. Balbum quam nota, pro intel.l.2.ti.15.par.3.

72 ¶ Dilatio ſecunda: non poteſt dari: niſi cauſa cognita etiam ſi iudex coartauerit primam: communem teſtatur Ripa in l. 11.num.32.de re iudic.

73 ¶ Diocæſis appellatione uenit etiam ciuitas in materia larga, ſecus in ſtrictã. Alci.in c.pernicioſam num.2.& 3.de offi.ordi.communem dicit.

Diſpenſatio

74 ¶ Diſpenſatio principis ſine cauſa, ualet: ſi tamen alteri committat faciendam: non ualet niſi cauſa ſit adhibita. Cur.iuni.conſi.75. communem dicit.

§ Nota iſtam communem ad intel.l.20.ti.27.par.5.ubi dicitur quod Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus caſibus in quibus non eſt prohibitum. quam intellige in criminibus maioribus adulterio ut habetur in uerbo Epiſcopus.

75 ¶ Fallit in diſpenſatione facta per Papam cõtra ius diuinum, uel canonicum fundatum in ratione diuina. uel naturali: quia in hac diſpenſatione debet eſſe cauſa expreſſa, aliàs non ualet. Io.de Ripa in c.2.de reſ. reſpon.19. num.19. communem dicit.

76 ¶ Diſpenſatio romani pontificis in affinitate, proueniente ex coniunctione carnali, & matrimonio: opportet quod utrunque exprimatur uidelicet affinitas, & publica honeſtas. Coua. in epi.4.c.6.§.7.num.4.communem dicit.

77 ¶ Diſpenſatio romani Pontificis de crimine, non ſolum operatur iu uia inquiſitionis:ſed etiam accuſationis, Deci.con.136.nu.1 communẽ dicit.

78 ¶ Diſpenſatio non extenditur ad caſum minorem, uel habentem maiorem rationem. Cur. iuni.num.95.nu.7.communem dicit.

79 ¶ Diſpoſitio hominis uerificatur in primo actu. Cur.iuni.conſi.178.num.27.communem dicit,de quo tamen plenè omnino uidendus eſt Tiraquel. in l.Boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſigni.

80 ¶ Diſtributiuum per uerbum,quodlibet tribuit actum cuilibet in ſolidum. Bello.conſi. 20. nu.2. communem dicit ex Bart.in l. hoc articulo.ff. de

G.2 hære.

hære.inſti.& Cur. iuni. conſi. 49. quam intellige quando uerba diſtributiua ſunt appoſita inter diſtributiuos principales: ſecus tamen, ſi ad eorum ſucceſſores referantur. ut ſi inſtitutus eſt Petrus, & Sempronius: & quilibet eorum, tunc unicuique in ſolidum actum tribuit: tamen ſi inſtituatur titius, & Gaius, & filij cuiuslibet eorum, uel ſi concedatur pro ſempronio, & pro quolibet eius filio, uel eius deſcendenti: tunc uno ex filijs decedentibus, mortuo, non accreſcit alteri. ita in terminis conſuluit Petr. de Anch. conſi. 245. & Cur. iuni. conſi. 55.

81 ¶ Diuiſionem non poteſt prohibere teſtator. Cur. iuni. conſi. 112. nu. 1. communem dicit.

82 ¶ Diuiſio inter fratres, ſi ſit facienda: non debet maior facere partes, & minor eligere. ſed ſit diuiſio ſorte, uel officio iudicis, Iaſ. in l. ſi duobus, num. 7. C. communia delegat. communem dicit.

83 ¶ Diuiſio inter fratres præſumitur: ſi diu fuerint ſeparati: unus quiſque partem poſsidēs, Boe, deci. 58. Iaſ. conſi. 127. uol. 1. communem dicunt, Et iſtud diu intelligitur per decennium: ut poſt Alex. communem etiam dicit Stepha. Bertrand. conſi. 344. uol. 1.

84 ¶ Limita ſi eſſet inęqualitas poſſeſsionis Balbus de præſ. par. 3. q. 10. num. 45. communem dicit.

*§ Nota iſtas communes ad intel. l. 8. ti. 6. li. 3. fo. ll. & l. 5. ti. 13. li. 3. ordi. quæ aſſumpta eſt a l. 2. ti. 11. lib. 2. fo. ll. quæ leges dicunt inter fratres habētes rem pro indiuiſo: poſsidens ex tempore, non iuratur, quæ leges concordant cum communi poſita: in uer. præſcriptio num. 290. eſt intelligenda non quo ad præſumptionem, ut hic de qua per Alex.

Alexan.conſi.96.uol.2.& Deci. conſi. 79. num.3. Nota tamen, & intellige dictas leges niſi aliàs unus fratrum per triginta annos poſſediſſet:ut eſt gloſ.notabilis iuncto tex.in .§.1.de perpe.& tem por.acti.inſti.quam gloſ.in d.l.8.Suarez a nume. 38.uſque in finem per plura comprobat: dicens, quod uerbum perpetuo poſitum in diſpoſitione, non traſcendit triginta annos: ubi dicit, quod licet filio non currat tempus ad ſe immiſcendum in hæreditate paterna per l. licet .C. de iur. deli. currit tamen tempus triginta annorum. Et hanc opi.dicit magis communem in num.40.uerſi. intellige. ad quod accedit dictum Angeli, & Bart. in l.ſi quis decurio .C.de de decur.li.10.quod pre ſcriptio quadrigenaria non cenſetur excluſa per conſtitutionem omnem preſcriptionem excludẽtem. quod etiam tenet Ange.in l. 1.ff. de concu. quem refert Curt.iuni.conſi.158. nu.13. quod eſt etiam ex mente d.l.5.ordi.& l.2. fori iuncta l.21. ti.29.par.3.quia in d.l.5.ſunt æquiparatę res furtiuæ,& fratrum. & per l 21. res furata præſcribitur per triginta annos, & ſic res fratrum cum de æquiparatis idem ſit iudicium.glo.in.c. ſi poſtquã de ele.in.vi.Ange.in.§.1.in prin.inſti.de legi. paren.tute.not.3.per tex.in.l.ſi quis ſeruo.C.de fur. & ibi gl.Bar.& doct.& notat glo.in.l.quanquam. ff.de legi.quod etiam corroboratur per gloſ.in.c. ſollicite de reſti.ſpoli.iuncto verbo.Balbi. de pre ſcri.in.4.par.q.24. vbi dicitur quod remedium ca nonis reintegrandæ, competit perpetuò, & per gl.dicitur non excedere triginta annos & Balbus dicit communem opinionem.

85 ¶Diuiſio non inducitur ex petitione, & ſolutiõe

partis debiti ab uno ex correis debendi receptæ, non expreſſo quod petebatur, & ſoluebatur pro virili, Balbus deci.789.communem dicit.

86 ¶ Diuiſio ſimplex cum clauſula de non contrauenienndo, non videtur cauſare renunciationem fideicommiſsi niſi aliter conſtet ex mente diuidentium. Cur.Iun.conſi.49.nu.12.& ante eum. Dec. conſi.243.num.2.communem inquiunt.

87 Diuiſio ſi petatur reformari non ex eo quod nō potuit fieri, ſed ex eo quod altera pars minus recepit, diuiſio in totum non diſoluitur, ſed arbitrio iudicis tollitur læſio, uel in pecunia, uel in alia ré ad arbitrium non læſi. Lud.Gozad.conſi.44.num. 15.communem ait, ex Bar.Bal.& Doct..in l.1.C. communia diuid.

88 ¶ Doctor qui per uiginti annos publicè legit efficit Illuſtriſ. Iaſ.in l.quæcunque num.12.ff.de offic.eius, communem dicit.

89 ¶ Doctor habet dignitatem, communem teſtatur, Feli.poſt Io.de Anan.in cap.quanto num.1. extra de magiſt.

90 ¶ Dolus quando requiritur ad incurrendam pœnam: non ſufficit lata culpa, Iaſ.in l.in actionibus num.23.ff.de in litem iuran.communem dicit quā refert, & ſequitur Coua in epi.4.ca.6.§.8.nu.21

91 ¶ Dolus præſumitur quando interuenit enormiſsima læſio. Cur.iuni.conſi.141.num.16. communem dicit.

92 ¶ Dolus prȩſumptus poteſt remitti, Hyero.Cagno.in l.contractus num.101.ff. de reg. iur. communem dicit.

*§ Intellige iſtam communem in dolo præterito, non tamen in futuro. Bar.in l.aurelia.§.gaius.ff.

de

de liber. lega. Segu. in l. ex legati cauſa numer. 28.ff.de uerb.obli.pro quibus eſt l.29.ti.15.par.5.

93 ¶ Dolus ſi dedit cauſā cōtractui bonæ fidei: reddit contractum ipſo iure nullum ſi tamen erat ſtricti iuris, uenit annullādus. Coua, in reg. poſſeſſor. de reg. iur. parte ſecunda .§.6.num.6.communem dicit ex gloſ.in .§.actionem inſtit.de actioni.

94 ¶ Domicilium ſolum retinetur uſque ad auum, & non ulterius, Boe.deci.13.num.8.communem dicit.

95 ¶ Domicilium mariti, ſtatutum eſt attendendum cum agitur de lucranda dote per maritum: & non ius commune: nec ſtatutum domicilij vxoris, Cur.iuni.conſi.120.num.6.& Iaſ.in l. arrogator num.44.ff. de adopti.& in l.1.C. de ſumma tri.in prima lectu.num.24.& in 2.nu.60.& Coua in epi.4.c.7.nu.6.communem dicit.

96 ¶ Amplia iſtam communem: non ſolum quādo agitur de lucranda dote, ſed etiam ſi agatur de reſtituenda: quia non poteſt conueniri in loco contractus ſed domicilij. Coua ibi communem dicit.

97 ¶ Limita niſi bona utriuſque uxoris, & mariti ſint in alio loco: non.n.ſtatutū illius loci eſt attendendum. Anto.Rube.conſi.71.communem dicit.

98 ¶ Limita ſecundo, ſi matrimonium ſit contractum eo animo ut in loco uxoris ambo uitā agāt. Coua.in d.c.7.num.7.communem dicit.ex Bald. in l.finali .C. ſi anno, compet. iudi. aliàs limit. ut per Iaſ. in d. l. arrogator & in l.1.

* § Circa materiam iſtarum communiū uid. l.24. ti.11.par.4.ubi dicit quod quo ad dotem, uel ad arras, uel lucra habita durante matrimonio eſt attendendum ſtatutum, uel conſuetudo loci ubi cō-

tractum eſt matrimonium. quod nota.

99 ¶ Nota quod ſi uir, & uxor deſtinentur uiuere in aliquo loco: Et contingat quod matrimonium diſſoluatur in alio: conſiderabitur conſuetudo, & ſtatutum loci ubi matrimonium fuit perfectum, uel fuit deſtinatum per eos & non domicilium. ubi matrimonium diſoluitur, Boe. in conſue. bitu. in rub. des coſtumens cōecrnens les mariges. §. 4. communem dicit ex Feli. in c. 1. deſpon.

100 ¶ Dominium non transfertur ex ſimplici traditione, ſine titulo, & cauſa: quando illa cauſa nō ſubeſt nec re, nec ſpe. ſecus tamen ſi ſperatur ꝙ reuiuiſcat, Anto. Gomeſ. in l. 45. tau. num. 30. communem dicit ex Bar. in l. ſub conditione in fi. ff. de ſolut. num. 9.

101 ¶ Dominium per cōtractum habilem, ſola traditione ſimplici tranſfertur: idem Anto. gomez. in d. l. num. 90. communem dicit ex gloſ. & docto. in l. ſi fundum. ff. de fun. dota.

102 ¶ Nota quod licet ſola pollicitatione obligatur quis æccleſiæ: & pio loco, ut in l. 1. ff. de pollic. non tamen ex ſola pollicitatione, ſine traditione acquirit æccleſia, uel pius locus dominium. idem ibi nu. 91. communem dicit ex gloſ. & docto. in l. ſiquis quem. ff. de polli. §. res etenim.

103 ¶ Dominium ex pluribus cauſis prouenientibus poſt acquiſitum, non retinetur: ſecus ſi a principio concurrant plures tituli. Anto. gomez. in l. 45. tau. num. 98. communem dicit ex gloſ. in l. in munerationibus. §. ex pluribus. ff. de ſolu.

104 ¶ Dominium rei tranſactę non transfertur per tranſactionem: & ſic renuntians liti per tranſactionem, non tenetur de euictione, idem Gomez.

nu.71.communem dicit ex docto.in l.pen.de uſu. pro empto. & Azo.in ſumma de uſuc. pro empt. numer. 29.

105 ¶ Reſtringe iſtam communem ad rem deductã in iuditio: ſi tamen detur alia res diuerſa,ut a lite diſcedatur: ſi res erat dantis,dominium transfertur. ſin autem dat cauſam uſu capiendi. idem in d.num.71.communem dicit. ex Bar. & Paulo in l.1.ff.pro empto.& ſic dicit intelligenda l. pe. c.pro empto.

106 ¶ Nota quod ſi iſta res quæ traditur, ut renunticiur, euicatur a tertio· tenetur de euictiõe tradens. idem ibi num.73.communem dicit. ex docto.in l.ſi pro fundo.C.de tranſact.

107 ¶ Dominium probatur per communẽ opinionem,uel famam, Caſſa.in conſue.burgu.rubr.§. 2. gloſ.& l.pruebe.num.15.communem dicit.

108 ¶ Dominium transfertur per ſententiam Iaſ. in l.ex hoc iure num.45.ff.de iuſt.& iure commu nem dicit.

109 ¶ Dominium rei legatæ tranſit in legatarium a morte teſtatoris fictè ab adita tamen hæreditate verè. Anto. nice.in concor.gloſ.concor.93.communem dicit.

110 ¶ Dominium non ammittit confitens habere in emphiteoſim rem ſuam. Io.de Ripa in l.conductionis num.23.C.de pactis communem dicit. & uid.ſupra in uerbo conducens num.120.

111 ¶ Dominium non probatur per inſtrumentum locationis inter conductorem, & locatorem:quã do agitur actione reali contra conductorem Alexan.conſi.21.uol.4.nu.4.communem dicit.

112 ¶ Dominium rei non eſt neceſſe probari per

actorem

actorem agentem cum uendente, uel hærede eius Mathe. de affli. in Neapo. deci. 40. communem dicit.

113 ¶ Dominus præſumitur per uim extraxiſſe uaſſallis ſeruitium in quolibet anno præſtandum, niſi dominus probauerit uoluntariam præſtationem. Couar. in c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. §. 4. Parte 11. num. 1. communem dicit ex Alex. conſi. 1. num. 12. uol. 4.

114 ¶ Dominus non poteſt cogere ſuos ſubditos uenire ad ſuum furnum, uel Molendinum, nec poſſet hoc inducere ſtatuto, nec ualet. Couar. ibi. §. 4. num. 7. communem dicit ex Socc. conſi. 272. uol. 1. & ſi ualeret, tamen non ligaret Clericos, uel Eccleſiaſ. idem ibidem communem ait uerſi. hanc etſi promittatur ex Iaſ. in l. quominus. q. 25. num. 156. ff. de flumin.

115 ¶ Dominus propria authoritate poteſt intrare in re emphiteota ſi emphiteota ceſſauit a ſolutione per biennium, Deci. conſi. 146. num. 7. communem dicit. & Corne. conſi. 271. uol. 3. littera b. magis communem dicit.

116 ¶ Dominus poteſt ratificare ſententiam latam in fauorem falſi procuratoris. Iaſo. in l. licet de procura. num. 10. communem dicit.

117 ¶ Amplia etiam ad ſententiam latam in fauoré collegij, uel uniuerſitatis agentis ſine authoritate ſuperioris: quia ſuperior poteſt ratificare Frã. de are. in c. cauſamque de iudi. num. 34. communem dicit.

118 ¶ Domino currente ad brauium, ſi cadit equus: & relicto ſoſſore equus, præ alijs currit ad brauium: dominus conſequitur brauium. Raue. in alphab.

phab.aur.in uerbo brauium communem dicit. ex Cin.in l.gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſthu.

119 ¶ Domo uendita, cenſetur uenditus hortus ſi eſt additus per domum aliàs ſecus. Iaſ.in l.beneficium.ff.de conſti.princ.num.14.communem dicit.

120 ¶ Donatio iuris præſentandi facta laico, non ualet ſine conſenſu Epiſcopi, magis communem ait Phil.Dec.conſi.541.

121 ¶ Donatio facta filio cauſa ſtudij non ualet, magis communem dicit Fran.Rip. in l.1. num. 140. ſol.mat.

122 ¶ Donatio inter uirum & uxorem, habet conditionem tacitam ſi donans predeceſſerit, Alci. in c.cum contingat num.106.de iu. iurã. communem dicit.

123 ¶ Fallit in donatione iurata, quia ſtatim ſortitur ſuum effectum: Soci.in ſuis fallen. re 104. in uerſ.donatio communem dicit, ſed circa iſtam fallentiam uariæ ſunt doctorum opiniones, Cur. Seni.conſi.66.nu.6.dicit donationem inter coniuges non firmari iuramento.ubi dicit communẽ, Alci.tamen in d.c.cum contingant num.197.contrariam dicit magis communem licet ſibi non placeat: Io. lupus in d. rubri. de donat. inter uir. & uxo.§.fi.in fi.num.1.dicit communem noſtram limitationem: & obſeruari in practica.& idẽ Io.de Ripa in ſuis reſpon.li.3.de dona.c.4.& c.17.nu.1. & Coua.in rub.de teſta.par.2.num.20. communẽ dicit limitationem.

§ De iure regio, donatio inter uirum & uxorem infra annum contractus matrimonij non ualet: poſt annum, ſi filius ſuperueniat: itidem non uale

ualet niſi in quinto bonorũ l.6.ti.1.li.3.fo. iuzgo. ſi tamen filij non ſuperueniant ualet l.3.ti.12.lib. 3.fo.ll.quam legem limita: ut in noſtra communi. ſi donans predeceſſerit: cum qua concor.l.4. ti.11.par.4.ſed limita dictã communem: & quod non ſit neceſſarium quod predeceſſerit donans quando donans non efficitur. pauperior ex donatione: etiã ſi donatarius efficiatur ditior per l.5. ti.11.par.4.uel ſi recipiens nõ efficitur ditior:etiã ſi donans efficiatur pauperior.ut in l.6.ti.11.par. ea. Nota quod hæc donatio inter coniuges, adhoc quo morte confirmetur: requiritur tradditio. ut per Io.lupum in repe.rubri.col. 434. uſque ad col.439.§.35.uerſ.aduerte nunc per totum. ubi uid.aliqua per quæ fit tradditio.

124 ¶ Nota quod ad cõfirmationem iſtius donationis, ſufficit tradditio ficta Anto. gomez. in l.45. tau.nu.3.communem dicit ex gloſ.in l.2.C.de dote cau.& nõ nume. Et nota quod ſi donatio inter coniuges ſit reciproca; non requiritur tradditio adhoc quod confirmetur morte: ut eleganter dicit Pau.Caſtren in l.ſi pater.ff.de don.inter uir.& uxo.de quo meminit Io.lupus in rep.rubri. colu. 235.§.50.nu.17.de donat.inter uir.& uxo.& uid. eundem Io.lupum col.34.§.75.per totum.

125 ¶ Donatio, quæ morte confirmatur: non cenſetur inter fratres: quia habet uim legati. Io. de Ripa in ſuis reſpon.li.3.de dona.c.9. num.8.communem dicit.

126 ¶ Donatio ſimplex facta per patrem filio,in poteſtate,mortuo fratre,non confertur: ex quo facta non ualet, ſed per mortem confirmatur. Iaſo. in l.ex teſtamento num.10.C. de colla. commu-

nem

nem dicit.

127 ¶ Fallit primo,ſi eſt donatio iurata:quia ſtatim ualet Alci.in c.cum contingat num.207.de iur.iu ran.Io.de ripa de dona.in d.num. 8. & deciſ. con. 688.& con.266.& 239.& Io.duran.in arte teſtā. ti.3.cau.2.communem dicit.

128 ¶ Fallit ſecūdo, in quantum dicit: quod ualet ſtatim, quod eſt conferenda in donatione facta fi lio exiſtenti ſub patria poteſtate ex cauſa ſtudij, quę ſtatim ualet. & non confertur. Segu.in l.unū ex familia.§.ſed ſi fundum num.131.ff.de lega. 2. & Iaſo.in l.1.num.52.ff. ſolu. matrimonio. communem dicunt contrariam immo quod cōferatur dicit magis communem Ripa in l.1.ff.ſolu.matri. nu.104. ſed opi.Dida de Segu.& Iaſ. approbatur per l.5.ti.15.par.6.ubi diſponitur ualere donationem, & non conferri: quam limita in peruerſo ſcholari. ut per ſtellā re colla. in uerſ.quæ res ſint quæ non cadunt in collationem ut per Alexand. in authen.quod locum de colla.C. & Iaſo.& uid. Cora.in l.frater a fratre num.64.ff.de cond. indebi.& adhoc pertinet quod dicit. Tiraquel. de ceſſante cauſa in uerſ.priuilegij cauſa nu.207.ubi dicit eſſe communem opinionem quod priuilegiū conceſſum ſcholaſticis, comprehendit diſcolas ex Domini,in prohemi.6.licet ſibi non placeat.

129 ¶ Donatio ſimplex facta filio.emancipato confertur. Iaſ.in l.ex teſtamento num.14.C.de colla. communem dicit.

130 ¶ Amplia iſtam communem, quia non ſolum eſt cōferenda cum alio filio ſub poteſtate, ſed etiā cum emancipato Iaſo.in d.l. ex teſtamento communem dicit.

Donatio

131 ¶ Donatio facta filio per patrem, & ſub eius poteſtate inducit obligationem naturalem. Io. co ra. in l. frater a fratre. §. quæſitum nu. 46. ff. de con- di. indebi. communem dicit.

132 ¶ Nota quod adhoc quo donatio facta filio ſub patria poteſtate, confirmetur morte, requiritur tradditio glo. in l. papinianus. ff. de donat. inter ui. & uxo. communiter approbata ut per Iaſ. in d. l. frater a fratre num. 45. Et nota quod hæc tradditio ſufficit ſi fiat per tradditionem ueram, uel fi- ctam ut per clauſulam conſtituti: ut notat gloſ. in l. 2. C. de inoff. teſta. & Segu. in l. unum. §. ſed ſi fun dum. ff. de lega. 2.

*§ In iſtis donationibus factis per patrem filijs, de iure regio diſponitur per l. 17. in deciſ. tau. quod pater ſine filiis ſub poteſtate, uel emancipatis po- teſt donare tertium, & quintum bonorum: & po teſt reuocari talis donatio uſque ad mortẽ donan tis: niſi ſit ex cauſa onerosa, uel cum alio tertio facta donatio. & illud tertium, & quintum eſt ꝙ pater poteſt in uita, uel in mortẽ donare, uel lega re. ſiue uni, ſiue pluribus filijs per l. 26. tau. & non requiritur iuramẽtum ad ualiditatem donationis: & teneo quod de iure regio non habet locum d. l. 3. ti. 4. par. 5. nec l. 5. ti. 15. par. 6. de quibus in nu. 97. nec communis opinio dicti nu. ſtantibus alijs filijs quia priuarentur ſua legitima: cum iuramen tum non debet operari in preiuditium tertij: per tex. in c. quãuis d: pactis in 6. & in c. ueniens de iur. iuran. ex quibus concludit. Alci. in c. cum contingat nu. 30. de iur. iurand. cum alijs ſequen- tibus quod alienatio fundi dotalis cum iuramen- to, licet operetur contra mulierem, non tamen

aſtringit

aſtringit filias quin poſsint petere reuocationem iuramento non obſtante quem uide: tamen iuramentum producit effectum in patre donãte: quod pater non poterit reuocare dictas donationes: cũ iam ſortitæ ſint effectum per d. opi. num. 96. & ꝙ ad iſtum effectum remanet d. ll. par. incorreptæ. Et etiam ex iuramento producitur alius effectus: quod ex dicta donatione non deducitur tertium & quintum: in quibus alius frater eius & melioratus, ſed dictæ donationes cõprehenduntur ſub tertio & quinto per l. 75. in ordi. tau. Et nota ꝙ ſtante d. l. 26. tau. non habet locum communis opinio: de qua per Iaſo. in l. ſi quando talis. §. generaliter. C. de inoff. teſta. quod donata filijs inter uiuos, non conferuntur, nec computantur in legitima: cum per d. l. nõ poteſt legari, nec donari filijs ultra tertium, & quintum etiam plurimis, item nota ſtante l. 17. tau. diſponente donationem, ſequuta tradditione quod non poteſt reuocari; ꝙ non ſolum habet locum in filio emancipato: ſed etiam in eo qui eſt ſub poteſtate patria. ut per Io. lupum in d. l. num. 15. Item nota, quod per l. in curijs matricij, centenſima prima. Pater non poteſt meliorare filiam donatione inter uiuos ultra legitimam. quod per d. l. non reprobatur melioratio facienda in teſtamento ſecundum l. 9. ti. las mandas li. 3. fo. ll. & de iſtis donationibus uid. Nunium in dictionario littera c.

133 ¶ Nota quod donatio facta etiam ab infirmo, ſi mentio mortis non eſt facta: in ea cenſetur inter uiuos, Ripa in li. 3. reſpon. de dona. c. 9. nu. 7. communem dicit.

134 Donatio facta inter prohibitos propter bene

merita, etiam ſi merita in ſpecie exprimantur: probanda ſunt merita ut in donatione concubinæ facta per militem uel clericum. Cora.in l.frater a fratre.§.quæſitum nu.55.ff.de codi.inde. communem dicit & ui.in uerbo merita.

*§. Nota iſtam communem ad intel.l.3.ti.9.li.5.quę loquuntur de dona.regalibus.

135 ¶ Donatio generalis non comprehendit rem debitam donatori ex fideicommiſſo.Boe.dec.33. communem dicit.

136 ¶ Donatio omnium bonorum tam preſentium quam futurorum non ualet. Cur. iuni. conſi. 25. num.1.Pano.conſi.48.uol.2.Io.duran.in arte teſtan.tit.10.cau.2.commmunem dicit.

137 ¶ Amplia etiam ſi interueniat iuramẽtum.Cur. iuni.in d.conſi.25.num.6.communem dicit.

138 ¶ Fallit primo, ſi ſit donatio uniuerſalis omniũ bonorum: quia ualet, & intelligitur ſolum de preſentibus.Iaſ.con.5.uo.3.communem dicit.

139 ¶ Fallit ſecundo, in donatione omnium bonorum poſt mortem: quia etiam preſumitur de preſentibus. Iaſ.in d.conſi.5.reſpon.ad tertium communem dicit.

*§ De iure regio donatio omnium bonorum, etiã preſentium, non ualet l.7.ti.12.li.3.fo.ll. & l.69. tau. Et ſi quis habet filios, uel deſcendentes poterit donare extraneis ſolam quintã bonorum. per d.l.7.filijs autem tertiam & quintã l.6.& 27.tau. habens autem deſcendentes, poteſt donare etiam extraneis tertiam bonorum l.18.tau. ſi non habet deſcendentes nec aſcendentes poteſt donare tertiam partem bonorum non tamen omnia etiã preſentia per d.l.69.& uide plures limita. per Soci.

in

in re. 108.

140 ¶ Fallit tertio,ſi fiat æccleſiæ: Anto. gomez.in l.69.tau.num.7.communem dicit ex Bar.in l.fi.C. de pactis. ſed tamen æccleſia tenetur donatorem alimentare l.ſunt qui,cum tribus ſequen.ff.de reg.iur.& pro hoc eſt l.1.ti.fi.par.5.quam etiam teſtatur communem Dec.conſi.488.nu.5.

141 ¶ Donatio omnium bonorum mobilium,& immobilium non conprehendit iura & actiones: quia ſunt tertia ſpecies ſeparata. Iaſ. conſi.5.uol.3.communem dicit.

142 ¶ Donatio de fundo trium iugerum,etiā ſi plura ſint iugera: omnia comprehendit. ſecus tamē ſi de iugeribus facta ſit donatio. Alex. conſi.106. vol.6.& Deci.conſi.347.communem dicunt: quā declarat Deci.quando eſt facta mentio de confinibus & uid.Cur.iuni.conſi.131.ubi concludit cum diſtinctione, quam dicit ibi communem:aut incepit contractus a iugeribus, & tunc non comprehenduntur plura quam nominata.ſi tamen incepit a fundo, etiam ſi plura ſint iugera comprehenduntur: & ſic eſt intelligendus tex.in l. ſi fundum ff.de euicti.

143 ¶ Donatio cuiuslibet partis bonorum reuocatur per ſuperuenientiam filiorum: Io.de Ripa in l.1.q.7.num.15.C.de reuocan.donat.communem dicit.

144 ¶ Amplia etiam ſi ſit iurata. idem Ripa q.3.nu.7.communem dicit.

145 ¶ Amplia ſecundo, in donatione cuiuſcumque rei particularis Io.Nico. in addit.ad Alc.in trac. de præſumpti.re 1.par.13.communem dicit.

146 ¶ Fallit, ſi res donata ſit minima. d.Io. Nico.

H num.

num.4.communem dicit.
*¶ Donatio cum clauſula ſi contingerit reuocare teſtamentum: eſt inutilis: & non firmatur iuramẽto, quia tollit factionem teſtamenti. Alexan. conſi. 156. uol. 6. communem dicit: licet antiquitus cõmunis opinio erat contra. ut per Io. duran. in arte teſtan. ti. 10. cau. 2.
147 ¶ Donatio Conſtantini facta. æccleſiæ, ualida fuit. Angel. in prohe. inſti. communem dicit.
148 ¶ Donatio facta ambaſiatoribus, non præſumitur facta contemplatione principis, ſed illorum. Alci. de proſum. re 1. preſum. 18. num. 2. communem dicit.
149 ¶ Donatio facta per auum nepoti, cenſetur aduentitia: & non acquiritur patri. Alci. ibi. in fin. communem dicit.
150 ¶ Donatio quæ incipit a tradditione, & non a promiſsione, donator non tenetur de euictione. Cur. iuni. conſi. 178. num. 27. communem dicit.
*§ Niſi malitioſè donauerit, quia tenetur dare donatario tertiam partem pretij, donatario tamen ignorante. l. 13. ti. 7. par. 3. ſi tamen donatarius ſciuerit rem eſſe alienam, & receperit in donationem, emptionem, uel permutationem, reddit eam domino cum duplo. l. 6. ti. 10. fo. ll. li. 3. & uid. do. Io. lupus in repet. rub. de donat. inter uir. & uxo. col. 340. §. 65. num. 54. & uid. l. 6. ti. 13. li. 4. fo. ll.
151 ¶ Donatio non dicitur ſolum ex hoc ſimulata, quod donans ſemper perſeuerauerit in poſſeſsione Cur. iuni. conſ. 108. num. 11. communem dicit; quam intellige quo ad ipſos contrahentes, ſecus tamen quo ad tertium creditorem. Imol. conſi. 55. & Panor. in c. dilectus el. 1. de preben. & Boe.
in

in conſue.bituri,in rubr.de dona.§.primo & relinquitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum, & rerum. ut per Bal. con.70.nu.5. uol.1. & uid. Tiraquel.de conſti.par.3.lim.9. per totam.

152 ¶ Donatio,nec alius contractus in diſpoſitionibus contra ius,non uenit appellatione uenditionis: ſecus tamen, ſi ſunt conformes iuri. Pe. Raue.in alpha. aure. in uerſ. alienatio, communem dicit.

153 ¶ Donatio non preſumitur quando debitor aliquid ſimpliciter dedit creditori,ſed compenſatio. Io.Cora.in l.frater a fratre num.4.ff.de condi. indeb.communem dicit.

144 ¶ Donatarij præſentia cum taciturnitate, conſenſum inducit: & donationis ualiditatem.Hyer. Cagno.in l.ſemper qui non prohibet nu. 5.ff. de reg.iur.communem dicit.

155 ¶ Donata ſponſæ per conſanguineos ſponſi,ſoluto matrimonio,ſunt hæredis mariti,& non ſponſę. Cagno.inl. contractus num.48. ff. de reg. iur. communem dicit. tamen per plura Alci. de præſum.re.1.præſum. 18. tenet contrariam. quem uide, & tene communem.

*§ De iure regio intellige iſtam in precioſis, non tamen in aliis.Ang.l.32.ti.11.par.4.de qua in uerbo ueſtes num.33.& uid. Io. lupum in repet.rub. de donat.inter uir.& uxo.col.32.§.11. num.3. & conſi.187.§.44.nu.1.& 2.qui contra communem inducebat l.2.ti.3.li.3.fo.ll.

156 ¶ Donare cauſa mortis non poteſt mulier ſtante ſtatuto,quod non poſsit contrahere. ſine conſenſu agnati.Iaſ.in l.2.de le.1. ff. commune dicit: licet Alci.in l.2.de uerb.obli.nu. 10.ff. ueriorem

dicat contrariam.

157 ¶ Dos dicitur eſſe ius uniuerſale, & incorporale communem dicit. Ripa. in Rub.ff. ſolut. matr. num.43.

158 ¶ Dos competens non dicitur: ſi ſit minus legitimè. Deci.conſi. 379. num.4. & 181. num. 5. communem dicit.

159 ¶ Dos eſt magis priuilegiata quam fiſcus. Alci. de preſum.re 3.preſum.31.nu.4. & Goza.con.97. num.12. communem dicit.

160 ¶ Dos propriè dicitur ante copulam, & tranſductionem uxoris, adeoque uir habebit lucrum ex diſpoſitione ſtatuti, quod mortua uxore ſine liberis uir lucretur tertiam partem dotis, communem dicit Corn.in l.non ſine, poſt Bal.& Fulgo.C.de bon.quæ liber. Idem Corn. conſi.84. licet eleganter li.3.& Bal.Nouel.communem quoque appellat in tract. de dote, in vi. parte priuileg.38.ſed contrariam opinionem communem dicit. Socc.in l.cum fuerit.ff.de condit.& demonſt. Feli.in Rub.de ſponſalib.col.11. & ſequen. Dec. conſi.67.col.fin. Corne.ſibi contrarius conſi 248. In preſenti conſultatione. li.2. ut per Rip.in Rubri.ff.ſol.matr.num.68.

161 ¶ Dos propriè dicitur ſoluto matrimonio, cōmunem inquit. Idem Ripa ibidē num. 71.& 72. quæ intelligitur ante reſtitutionē, ut latè proſequitur Socc.conſi.121. uiſa contingentia col. antepen.& ſeq.li.1.de quo per Ripā ubi ſupra.

162 ¶ Amplia etiam ad hypotecam tacitam: Farrus de pigno.& Hypo.in 2.par.mem.4.nu.109. communem dicit.

163 ¶ Nota quod priuilegium tacitæ hipotecæ cō-

petens

petens doti,non tranſit ad extraneum. Fanus.ibi num.67.communem dicit.

164 ¶ Bona mariti, etiam minoris, ſunt tacitè hypotecata pro dote. idem Fanus num.73.communem dicit.

165 ¶ Dos data ab auo matri computatur nepotibus in legitima. Cur.iuni.conſi.180.nu.2. & Ripa li.3.de dona.c.10.num.3.& Alci.de preſum.re 1.preſum.16.num.4.in fin.communem dicit.

166 ¶ Dos reſtituta,ſi alteri eſt reſtituenda: dicitur dos. ſi tamen non eſt reſtituenda:dos non dicitur: Iaſ.in l.maritus. num.9.C.unde uir & uxor. communem dicit.

167 ¶ Dos non eſt reſtituenda mulieri: nec competit actio ei de dote: durante matrimonio. niſi in caſu inopiæ uiri, uel alterius obligati ad reſtituẽdam dotem. Fanus de pig.& Hypo.par.8.mem.2.num.1.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intel.l.29.ti.11.par.4.& uide quæ habes in uerbo actio dotis num.18.cum ſequentibus.

168 ¶ Amplia etiam,ſi maritus ſit exõmmunicatus. Io.Cora.in l.qui liberos.nu.112.ff. de ritu nupt. commmunem dicit.

169 ¶ Amplia ſecundo,etiam ſi dicatur dos inofficioſa: quia non repetitur a uiro durante matrimonio. Io. lupus in repet.c.per ueſtras de donat.inter uir & uxo.§.24.num.3. communem dicit. de qua per Coua.in epi.4.c.8.§.6.num.12.

170 ¶ Amplia tertio,quod in tãtum eſt uera: quod ſi maritus reſtituit dotem ſine cauſa mulieri: non liberatur maritus,quin teneatur reſtituere iterũ dotem hæredibus uxoris. Io.Cora.in d.l.qui libe

ros num.114.communem dicit.

171 ¶ Dos a patre profecta,ſoluto matrimonio, debet apud filios remanere. Cur.iuni.conſ.43.nu.9. communem dicit.

172 ¶ Amplia etiam, ſi per patrem ſtipulata ſit ſibi reuerti, liberis ſtantibus,ſi liberi adſunt tempore mortis filiæ, ſtatim eſt dos ipſius matris: & filij ex ſucceſsione matris ueniunt, & non aui. Io.Nico.in l.generaliter numer.46.C. de ſecun. nupti. communem dicit.

173 ¶ Dos confeſſata durante matrimonio,non ualet nec confeſsio. Iaſ.con. 32. uol.3. communem dicit. de qua per Bello.con.47.& Boe.deci. 330. & Io. de Ripa in l.fœminę nu.36.de ſecun.nupt. Et non aſtringit maritum. Ludo.de goza. conſ. 28.num.22.communem dicit.

154 ¶ Amplia,etiam ſi ſit iurata talis cõfeſsio. Cur. iuni.conſi.95. num. 4. communem dicit. de qua plenè per Coua.in ſuis reſo.li.1.c.7.

175 ¶ Limita primo,quo ad effectum donationis: quia licet confeſsio non preiudicet uiro: tamen habet uim donationis: & confirmatur morte donantis.Io.de Ripa in l.fæminæ.de ſecun. nupt.nu. 36.C.communẽ dicit. de quo in uerbo cõfeſsio.

* ¶ Nota, & intellige iſtam communem, in confeſsione facta poſt annum contractus matrimonij de iure regio: argumento l.3.ti.12.li.3.fo.ll. ubi ualidatur donatio coniugum inter ſe poſt annum contractus matrimonij: ſi non ſint filij legitimi:& coniuges poſſunt poſt annum facere inter ſe ſocietatem omnium bonorum: ut in l.9.ti.6.li.3.fo. ll.de quo per Io. lupum in repe.rubr.de dona.inter ui.& uxo.col. 260.§. cum coniuges ſint ſocij

in

in damnis, & delictis l. 14. ti.20. li,3.fo.ll. Fallit tamen d.l.24.ſi ipſa mulier renuntiet commodũ, ac damnum : l.227. ſtili.cum qua concor. l. 60. in ordi.tau. Item ſi maritus,& uxor in ſolidum obligentur:mulier tenetur,ſi cedit obligatio in fauorem illius,aliàs tamen non,niſi obligatio fiat pro debito fiſcali : quia licet non ſit uerſum in commodum mulieris,nihilominus tenetur l.61.tau. Nec obſtat l.25.ti.13.par.5.quia illa lex loquitur quando maritus ſolus obligatur quia tunc bona mulieris non cenſentur obligata : ſecus tamen, quando ipſa obligatur. ut in d.l.61. Item nota dictum ſolemne Petri de ancar.conſi. 308. quod confeſsio dotis poſt decem annos habetur ac ſi fuiſſet uerè numerata.

176 ¶ Limita ſecundo,ſi preceſsit antea quam matrimonium contrahatur, promiſsio dotis : & poſt cõtractum matrimonij ſequatur confeſsio ſtatim ualet confeſsio, & non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis : cum preſumatur donatio, Bello.conſi.4.num.7.communem dicit. ex Bald. Cino, & Paulo in l.in contractibus.C.de non nume.pecu.& Mathe.de afflictis. deci.402.

177 ¶ Item nota, quod in tantum hoc eſt uerum: quod donatio hæc prę ſumitur ex confeſsione dotis : & quod non ſit ſub ſpe numerationis. quod etiam ſi non apponatur renunciatio non numeratæ pecuniæ : non põteſt opponi. Soci.con.79.uol.4. communem dicit. & Rube.conſi. 78. magis communem dicit.

178 ¶ Item nota,quod confeſsio mariti de dote recepta, habetur pro tradditione. Bellonus conſi. 4.num.10.communem dicit.

179 ¶ Item nota,quod etiam ſi excedat hęc donatiō quingentos aureos ; & non ſit inſinuata : morte confirmatur. Secundum magis communem opinionem. ut per Bello.in d.conſi.4.num.11. Contra Cur.iuni.conſi.95.in fi.& uide Bello.ibi de ualore quingentorum aureorum ad quorum numerationem eſſe attendendum dicit quòd 72.auri in tempore l.ſancimus.C.de dona.per gloſ. in l. fi.ff. de in ius uocan.& Iaſ.in d.l.ſi.& in l.2.§.ex his.ff. de uerbo.obli.faciebant libram auri, Et auri moderni Sunt minoris ualoris quia nonaginta ſex auri faciunt libram unam. & ſic libra uariata eſt in quarta parte ualoris: & ſic ualebit donatio ultra ſeptingentos. aureos. ut per Paul.in l. fi.C.communia de leg.& ſequitur.Feli.in cap.conquerente de offic.ordi.

§ De iure regio iuxta pragma.120.c.1. quingenti auri de quibus in d.l.ſancimus. ſunt mille auri: de quibus nunc utimur. Nam per dictam pragma.taxatur Marcha.auri in .75.aureis: & marcha eſt medietas libræ;libra enim ex centum & quinquaginta aureis conſtat qui computati iuxta d.l.ſancimus excedunt millerarium. Sed nota uerbum Alci.in l.hæc enunciatio.ff.de uer.ſigni. ubi dicit, nobis uidetur aureum quo hodie utimur ex generali omnium populorum conſuetudine, ſubrogatū eſſe illi ueteri, & ideò, quæ de ſolido, de iure ciuili ſtatuta ſunt: ad noſtrum uſum licet leuioris, referenda ſunt.

180 ¶ Sublimita primam limitationem, ad preiudicium creditoris: quia licet preiudicet hæredibus mariti,non tamen creditoris.Bello.con.47.nu.4. communem dicit quem uide & nota.

Nota

181 ¶ Nota, quod creditores, adhoc quod eis non preiudicet: debent opponere exceptionem non numeratæ dotis intra tempora iuris, aliàs præiudicat eis: & nocet confeſsio. Mathe. de afflit. deci. 402. communem dicit. licet alij tenuere contrarium: ut per Coua in reſo. lib. 1. cap 7 num. 6. ubi nititur concordare: dicens quod hęc communis opinio procedat cum confeſsio præceſſerit matrimonio: ſi tamen poſt matrimonium, confeſsio emanauit: non preiudicat creditoribus, quin poſſit etiam poſt tempus exceptionis non numeratæ dotis opponi. & dicit hoc eſſe ex mente Bar. & doctorũ in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matr. quod nota.

182 ¶ Dotem tenetur preſtare pater filiæ, etiam nuptæ: & poteſt cogi officio iudicis Paul. de caſtro in l. ſi ſocer. ff. ſolu. matri. Anto. de tremo. in addi. ad bona, in practi. excepti. in rub. qui. mo. ciui. nu. 12. in uerbo quaſi caſtren. communem dicit.

183 ¶ Amplia primo, etiam ſi contraxit matrimonium abſque ſua uoluntate, etiam ante uigeſimũ. quintum annum: ſi contrahat digno. Cur. iuni. in authen. resquæ numer. 25. C. communia deleg. communem dicit.

184 ¶ Amplia ſecundo, etiam ſi maritus ſit diues. Fran. de Ripa in l. 1. ff. ſolu. matr. num. 54. communem dicit.

185 ¶ Amplia tertio, etiam ſi filia ſit dotata: & perdiderit dotem, non tamen ſua culpa, tenetur pater iterum dotare. Io. lupus in repe. c. per ueſtras de dona. inter ui. & uxo. col. 373. in fi. §. 27. nu. 6. communem dicit exploſa gloſ. in l. 2. uerſ. dos ff. ſolu. matri. quæ dicebat in quocumque caſu patrẽ teneri. Et nota quod ſi pater preſtitit dotẽ priori

uiro:

uiro: & filia ſecundo contrahat, & preſtetur dos per patrem: cenſetur animo compenſandi, & nõ dicitur de nouo preſtare. Boe.dec.137. communem dicit ex Bar.in q.an mulier habens amplam dotem.

*§ Nota iſtas communes ad intel.l.3.ti. 11. part.4. mater tamen filiam dotare non compellitur l.fin. C.de iur.doti.quod fallit in matre heretica, uel iudea, filia autem catholica l.9.ti 2.par.4. & Io. lupus in re.iu.de dona.inter uir.& uxo. col. 86.§. 21.num.4.pro quo adducit l.9.ti.2.par.4.

186 ¶ Amplia quarto, ad auum paternum: qui tenetur neptem dotare. d.Io. lupus in repe.c. per ueſtras col.367.§.27.nu.1.communem dicit.

*§ Concor.cum l.8.ti.11.par.4.quando filia non habet unde ſe dotare poſsit.

187 ¶. Amplia quinto, ad fratrem qui tenetur dotare ſororem ex eodem patre natam. Io. lupus in repe.d.c.col.371.§.27.num.3.communem dicit.

*§ De iure regni uidetur idem innuere l.18.ti.16. par.5.&pro ea eſt l.4.ti.1.li.5.ordi.quæ loquitur de ſorore contrahente matrimonium ſine licentia fratris.

188 ¶ Dotata dicitur filia cui dos a patre in teſtamento relicta eſt ita quod uenit excludenda a ſuccesſione uigore ſtatuti quod ſtantibus maſculis, filia dotata non ſuccedat, communem ait. Ripa in rub.ff.ſol.mat.nu.61.

189 ¶ Dotis fructus impuberi traditæ, & ſi dos ſit marito tradita ab impubere cedunt doti, Cum impubes non poſsit donare. Gozad.conſi.33.nu.11. communem dicit, & ſic eſt intelligenda gloſ. in l.11.C.de dot.promiſ. Secus in maiore quæ tradidit

didit dotem ſponſo : qui ſuſtinuit onera matrimonij . quod nota .

190 ¶ Dubius preſcribit . Feli.in cap. ſi, numer.9. de preſc.communem dicit .

191 ¶ Intellige iſtam communem ſi poſt inchoatã preſcripionem,ſucceſsit dubitatio: ſecus tamen, ſi a principio. Balbus de preſcri.in 2.par.3.par.q. 2.communem dicit .& uid.in uerbo preſcriptio .

192 ¶ Duces,Marchiones,& Comites ꝑpetuò inueſtiti cenſentur : Principes in ducatu marchionatu,ac comitatu . & omnia poſſunt in ſubditos ſuos quæ poteſt Imperator in orbe. Cur.iuni.cõſ. 61.nu.9.& Bello.conſi. 95. num. 10. communem dicit ex Decio conſi.403.

193 ¶ Amplia ad alium principem, qui excreuit iura imperij per tempus: de cuius initio non eſt mæmoria hominum in contrarium. Bello. conſi. 51. nu.3.communem dicit . ex Marti.lauden.de principe q.11.

194 ¶ Duo caſus æquiparati in lege antiqua, diſpoſitum in uno , cenſetur etiam in alio, etiam in materia odioſa. Bello.conſi.69.num. 1 . communem dicit . ex gloſ.in l.ſiquis ſeruo.C.de fur.& gloſ.in c.de mulcta de prebẽ.& ibi Panor.& Dec.in l. factum.§.in pæna.ff.de re iud.& Rip.in l.ſi conſtante num.69.ff.ſol. matrim. Duo rei promittendi poſſunt interuenire pro dote reſtituenda,communem dicunt recẽti a Ripa in l.ſi conſtante nu. 55. ff.ſol.matr.

195 ¶ Duplex cauſa ſi ſit in caſu, & ſi una ceſſet: nõ tamen ceſſat effectus . Bello.conſi.8.num.5. communem dicit . ex Deci. in cap. cum ceſſante de appel.

Intellige

196 ¶ Intellige,quando cauſa ceſſans tendit ad eun dem effectum: ſecus, ſi ad contrarium, Idem ibi communem dicit ex Bar.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogan.

E

1 ECcleſia non tenetur ad collectas pro rebus ſolitis collectari, cum imponantur perſonis. Bello.conſi.40.nu.3.communem dicit.

* § Intellige iſtam communem ſecundum legem 55.par.5.ti.6.in bonis datis eccleſiæ in dotẽ: cum de nouo edificatur eccleſia,uel datur pro ſepultura,tamen de bonis poſtea quæſitis,uel ex emptione,uel ex alio titulo tenetur eccleſia collectas ſoluere, uel ad dandum hominibus bona,qui collectas ſoluant. ut in l.53.eo ti. Et hanc diſtinctionem,quam leges iſtæ ſentiunt. ponit Car. in cle.1.de immu.eccleſiæ q.2.quem refert Berta.de gabel.par.6.num.12. Et iſtam diſtinctionem intellige:cum onera ſunt certa, & perpetua anexa ipſis rebus: ſecus, tamen in alijs, ut per Panor. conſi.53.uol.1.ubi communem dicit. de quo per Cal.in con.2.de cenſi.& Gemini.con.19.& Pet. de ancha.conſi.303.& Angel.conſi.73. Et pro hac opinione communi, & intellectu Panor. eſt l.1.ti.3.li.1.ordi.

2 ¶ Fallit primo,hæc communis:in quo ſentit quod eccleſia,nec perſonæ eccleſiaſticæ non tenentur ad collectas quę imponuntur perſonis: quia limitatur pro refectione pontium.murorum, & foſſate,quia in his caſibus tenentur ad collectas. Io.de Ripa de reſ.li.2.cap.2.num.6.& in cap.26.nu.25. communem dicit.

Concordat

*§ Concordat cum communi l.52.& 54.ti.6.par.1. & cum l.20.ti.32.par.3.& cum l.1.ti.3.li.1.ordi.

3 ¶ Fallit ſecundo, cum collecta imponitur pro redimenda uexatione impoſita tam laicis, quã clericis: & ſic pro bono cõmuni totius reipublicę. Io. de Ripa de reſ. li.2. ca.20.num.70. communem dicit.

*§ Concor.cum l.1.ti.3.li.1.ordi.& cum d.l.52.

*§ Fallit tertio, in clerico coniugato qui tenetur ad collectas l.13.ti.1.li.1.ordi.& hoc eſt de iure communi: cum non gaudeant niſi priuilegio fori, & canonis c.1.de cler.coniug.li.6.

*§ Fallit quarto, in gabellis quæ apud nos dicitur Alcauala: quia clerici uendentes, tenẽtur ad illas d.l.13.& l.4.ti.4.lib.6.ordi.quæ leges ſunt corruptæ per l.3.in quaternione de gabellis.ubi diſponitur idem quod de iure communi. eſt ſtatutum in c.fi.de ui.& honeſt.cleri.quod clerici qui ſe abſtinent a negotiis: gaudent priuilegio clericali. immiſcentes autem tenẽtur ad dictas gabellas ſoluendas. Et nota, quòd in caſu in quo clericus tenetur ad dictas gabellas: laicus qui emit, tenetur ad illas ſoluendas: iuxta dictam legem quartam, & in hoc non eſt reuocata ad inſtar illius qui emit ab extraneo qui tenetur retinere gabellas. ut habetur in l.100.d.quartæ.

Nota quod ſi bona retenta ab eccleſia, uel a clerico, tranſeant ad laicum: tenetur laicus ad omnia onera. quia mutata perſona, mutatur qualitas rei l.Paulus & l.licitatio.ff.de publ.uecti.Deci.in l.omnibus nu.2.ff.de reg.iu.& Ripa in li.2.de reſ. cap.72.num.17.communem dicit. Et ſic arrendatores fructuum eccleſiarum tenentur ad gabellas,

ad

ad quas clericus non tenetur. ut in expreſſo tenet. Archi. in c. quanquam de cenſi. in 6. & Iaſ. in authen. quas actiones num. 41. C. de ſacro. ſanc. eccleſi. quod intellige, quando res quę tranſit ad alium: non eſt exempta: ſi tamen ſit immunis, ad quemcumque tranſeat: non collectabitur: ut dicimus de re empta per ignobilem a nobili: quod ſi res eſt exempta a collecta: ignobilis non tenetur. ut per Io. Andr. in addit. ad Specu. de cenſi. per l. ætatem. §. rebus. ff. de cenſi. quam refert Tiraquel. de nobili. c. 20. num. 165. & nota pro intel. d. l. 73. ti. 1. li. 1. ordi. ubi dicit quod clericus emens teneatur ad gabellas: ex qua lege colligitur quod emptor teneatur ad gabellas. illud eſt conforme iuri comuni: ut per deciſ. tholoſ. 451. per l. debet. ff. de ędili edicto. quæ per plura comprobat eiꝰ addit. Sed tamen contrarium eſt determinatum de iure regio per l. 2. d. quater. de gabel. ubi diſponitur ꝙ uenditor teneatur ad gabellas, & non emptor. Nota quod cum in d. quater. l. 1. taxat gabellā in decima parte rei uenditæ: Illa decima pars debet intelligi deductis expenſis proxenetæ, & aliorū & ſic ſi uendita eſt pro centum, & proxeneta habuit decem: nonaginta erit pretium. ut ab illis deducatur decima. ut per Bart. in l. ſed ſi. §. cuidam. ff. de condi. & demon. quem refert Gomez. in l. 8. num. 10. in deciſ. tau. & tenet Iaſ. in l. non amplius ff. de le. 1. Item nota aliud notabile in hac materia: ꝙ ſi partes diſſentiant de uenditione nondū res traddita, non debetur gabella: quæ per plura comprobat. Caro. Moli. in conſuet. feuda. ru. 1. §. 3. gloſ. 5. q. 2. per totum. quod intelligendum eſt per tradditionem ueram, non tamen fictam. ut notant

notant Alber.Fulgo.Pau.& Iaſ.in l.ab emptione ff.de pactis. Et hanc dicit ueriorem d. Molin. d. nu.15.licet contrarium uidetur tenere Bal.& Angel.in d.l.ab emptione & alij quos refert d.Caro. Molin.& Anto.Gomez.in l.45.tau nu.95. Sed uide plura de hoc per Tiraquel.de conſti.l.26. par. 3.num.6.& quæ habes in uerſ.emphitetoa.

4 ¶ Eccleſiæ non infert pæna exilij, propriè loquẽdo, Alci.in c.cum non ab homine nu.110.de iudic.communem dicit.

5 ¶ Eccleſiæ res in caſu, in quo poteſt dari in emphiteoſim, poteſt concedi in perpetuum filijs, & nepotibus, & ſucceſſoribus. nõ tamen extraneis Ludo.Gozad.conſi.25. num.20. ait communem ex Panor.in c.in præſentia de probat. num.29.

6 ¶ Eccleſia præſcribit contra eccleſiam. Iaſo.in auth.quas actiones num.13.C.de ſacro.ſanc.eccle.communem dicit.

7 ¶ Nota quod hæc præſcriptio qua utitur eccleſia contra aliam: debet eſſe quadragenaria. Balbus de preſ.par.5.in princ. commmunem dicit.

8 ¶ Eccleſia infra quadriennium, reſtituitur aduerſus preſcriptionem a tempore læſionis. Iaſo.in d. authen.nu.33.communẽ dicit. & preſcriptionis completæ, Balbus in 5.par.q.2.communem dicit.

9 ¶ Nota quod quadriennium quod datur ad reſtituendum eccleſiæ,non currit in uita prelati alienantis. Balbus ibi communem dicit. uid. in uerbo abſens num.2.cum ſequentibus.

10 ¶ Eccleſia ſucced ns priuato, contra quem erat inchoata preſcriptio decem,uel uiginti annorum preſcriptio perficitur: ſecundum priuilegium eccleſię.Iaſ.in d.authẽ.quas actiones nu.36.& Bal-

bus

bus in d.q.2.communem dicunt.
11 ¶ Eccleſia habebit bona præmorientis, non expectata morte alterius: cum uir, & uxor ingreſsi ſunt monaſterium: ſtatuentes quod bona ſua poſt mortem illorum uenirent ad eccleſiam. Iaſ. in l. cũ quidam nu. 7. C. de impub. & alijs ſubſtit. communem dicit
12 ¶ Eccleſiæ uaccantis bona adminiſtrabũtur per Epiſcopũ, uel inſtituere ualentem. Panor. in c. nu. 12. de appel. communem dicit.
13 ¶ Eccleſiaſticus iudex poteſt compellere iudicẽ laicum, ut preſtet ſibi auxilium per excommunicationem laicus tñ non compellit clericum ad preſtandum. Alci. aſſent communem in c. perniciosã, nu. 123. ex, de offic. ordi,
14 ¶ Edere ſententiam, uel acta, poteſt compelli pars appellata per iudicem appellationis ſub pæna priuationis. Iaſ. in l. is apud quem num. 12. C. de æden. communem dicit.
15 ¶ Edere tenetur reo actor inſtrumenta, ac rationes ad fundandas ſuas exceptiones, Iaſo. in l. & quæ a diuo num. 1. de ęden. communem dicit,
16 ¶ Aedenda non ſunt inſtrumenta actori per reũ ad intentionem ſuam fundandam etiam ſi reus ſit fiſcus, etiam ſi pæna ſit pecuniaria. Ripa, in l. 1. de æden. num. 11. & in l. is apud quem num. 22. eo, ti. communem dicunt,
17 ¶ Fallit primo, in eccleſia. Ripa in d. l. 1. nu. 13, communem dicit,
86 ¶ Mærum, ac mixtum imperium & iuriſdictio non preſcribitur niſi per tantum tempus: de cuius initio non eſt mæmoria hominum in contrarium, Cur.iuni.conſi.174.nu.152.cōmunem dicit, licet preſcribi poſsit. Bello.conſi.46.num.1. communem dicit.

87 ¶ Metus reuerentialis mariti non eſt potens ad faciendum quod contractus reſcindatur, Alci. in cap.cum contingat. de iure.iuran.nume.1. communem dicit. & uide ſupra in uer. matrimonium num.40.cum ſequen.

Nota.

88 ¶ Nota. quod ſi per metum fiat aliquis actus: tenet actus, licet reſcindatur Marti.naua.in re l c. c. accepta de reſti.ſpolij. oppo.5.num.8. communem dicit.

89 ¶ Amplia iſtam communem ad renu nciationem benefitij factã per metum. Idem. Naua.ibi.communem dicit.

90 ¶ Minæ factæ a potente, uel a ſolito ponere minas in executione: eſt ſufficiens inditium ad torturam. Mar. Anto.in trac.de inditijs numer.185. communem dicit. Idem cum communi dicit l. 60. ſtili.

91 ¶ Minor ante uigeſimum annum non poteſt accuſare: niſi ſuam, uel ipſorum iniuriam proſequatur. Anto. de trem. in addit. ad bonac. in pract. excepti.in rub.qui.mo.ſuo.au.num.6.uer.ad illos caſus communem dicit.

*§ Concor.cum l.2.ti.1.par.7. ſed diſcordat quod ſufficit per dictam l.quo ſit maior quattuordecim annis. Et in dicta lege habes qui dicantur ſui, adhoc quò minor poſsit accuſare.

92 ¶ Minor ante uigeſimum quintum annum, non poteſt conſtitui procurator in iuditialibus: in extraiuditialibus ante decimũ ſeptimum. ſic Iaſ. in l.exigendi.C.de procu.nu.19.cõmunem dicit.

39 ¶ Minor uigintiquinque annorum de omnibus geſtis per eum, dum eſt maior habet reſtitutionẽ, Iaſo.in l.ſiquis ſuas.C.de repe.& abſtin.hære. nu. 6.communem dicit.

94 ¶ Amplia, etiam ſi per legem, aut ſtatutum reputetur maior: nihilominus reſtituitur, Ludo. Roma.conſi.90.nu.2.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intell.l.47. tau. quæ

diſponit

diſponit filius matrimonium contrahendo ſit emã cipatus, & liberatus a patria poteſtate.

95 ¶ Fallit primo, ſi ſciens ſe læſum, iurat: non poteſt contrauenire etiam pretextu enormiſsimæ læſionis, Cur.iuni.conſi.43.communem dicit.

*§ Nota iſtam communẽ ad ampliationem l. 16.ti. 11.par.3.

96 ¶ Fallit in doctore minore, ſi dicit eſſe læſum, Boe.dec.350.nu.6. communem dicit: quam intelligit ſi dicit ſe læſum in allegatione iuris: ſecus tamen, ſi in alijs læderetur circa bona quæ tamquam uere philoſophantes contemnunt l. in hominibus.§.philoſophus.ff.de uaca.ac execu.mune.

97 ¶ Nota, quod minor, ac mulier debet certiorari de ſuo iure expreſſe: aliàs non ualet renuntiatio. Io. Nico.in addi. Alci.de preſum.re. 1. preſump.42.num.2.communem dicit.

98 ¶ Reſtringe iſtud notabile, & eſt ſecunda fallentia ad regulam ſi minor obligatur iuramento mediante: quia tunc non requiritur certioratio. Iaſo.in authe.ſacra.C.ſi aduerſus uend.nu. 56. communem dicit.

99 ¶ Nota quod, minor quattuordecim annorum, maior autẽ capacitate, ſi urat: obligatur iuramẽto ſecundum canoniſtas Panor. in cõſ.108.uol.2 ſecus tamen, de iure ciuili, Iaſo.in authen. ſacramenta.C.ſi aduerſus uendi.num.10. communem dicit. Deci.tamen in l.pupillum.ff. de re iudi. & Io.Mau.in trac.de reſti.in integ.cap. 112. dicunt ſimpliciter obligari iuramento: licet Alcia.in c. cum contingat de iur.iuran.nu. 141. dicat magis communem ſimpliciter non obligari iuramento: quem uide.

Cum

*§ Cum Alcia.concor.l.56.ti.5.par.5. quam intelli ge, & limita ſi minor cum iuramento promittat non contrauenire pretextu minoris ętatis l.16.ti. 11.par.3.&l.6.ti.9.par.6.& uide quæ habes ſupra in uer.iuramentum nu.95.

100 ¶ Fallit tertio, ſi pecunia minoris perdatur caſu fortuito, non reſtituitur. Io. Mau.de reſti. in integ.cap.175. communem dicit.

101 ¶ Maior non tenetur probare eſſe infra tempus petendi reſtitutionem. Io.Nico.in addi. ad Alci.rub.1.preſ. 42.nu.8.communem dicit.

102 ¶ Minor non habet uocem in concilio, nec in electione, nec in conſtitutione ſindici. Iaſo. in l. de pupillo nu.4.ff.de nou. ope. nunt. communem dicit.

103 ¶ Miſsio in poſſeſsionem propter contumatiã, non ſolum non habet locum in beneſitio obtinendo, ſed nec etiam in obtento. Io.de ſelua in trac. benefitij par.1.q.5.num.12. communem dicit.

104 ¶ Miſsio in poſſeſsionẽ ex primo decreto eſt mixti imperij Iaſ.in l.poſsideri.§.genera num.14 ff.de acquir.poſſeſ. communem dicit.

105 ¶ Miſsio in poſſeſsionem ex primo decreto facta, uni ex creditoribus ex cauſa oneroſa, prodeſt. omnibus alijs creditoribus ex cauſa ſimiliter oneroſa: ſi tamen cauſa eſt lucratiua, uno immiſſo, iã dicuntur alij immiſsi. Anto.de fano. de pigno.& Hyppo.in 3.par.mem.2.num.10.reſtrictione ſexta communem dicit

106 ¶ Nota quod miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto, non dicitur poſſeſſor. ſed detentor. idẽ Fa.in d.mem.2.nu.6.communem dicit.

107 ¶ Fallit in reali; quia miſſus in poſſeſsionem

ex primo decreto poſsidet ante annum reuocabiliter tantum: poſt annum, autem irreuocauiliter. Iaſo.in d.l.poſsideri.§.genera nu.20.communem dicit. ſed dictus Fanus ibi dicit, quod ſecundum communem opi.canoniſtarum ante annum eſt detentor: & poſt annum, uerus poſſeſſor: legiſtæ tamen tenent prout Iaſ. dicit communem & Fanus concludit tenendum cum legiſtis ibi in uerb. quod immiſſo.

108 ¶ Fallit ſecũdo,in miſſo in poſſeſsionem ex primo decreto. quando creditor eſt preſens per actionem hypotecariam: cum dicatur actio realis, quia poſsidet. Iaſo.in d.§.genera num.24. & Fanus num.8.communem dicunt.

109 ¶ Nota, quod iuſsio de mittendo in poſſeſsionem ex primo decreto, quando creditor eſt preſens per biennium: ſi tamen eſt abſens durat per per quadrienniũ; Anto.de fano.ibi in 3.par.mem. 2.nu.3.communem dicit.

110 ¶ Milites auratæ militiæ,ut ſunt milites noſtri temporis,non gaudent priuilegio l.1.ff. de iur.& facti igno. Iaſ.in authe.ſi qua mulier.C. de ſacro. ſanc.eccle.nu.7.communem dicit.

111 ¶ Amplia,ad milites cœleſtes. Iaſ.ibi communem dicit.

112 ¶ Milites breui loquẽ ſubſtituendo perſonis imparibus,probata eius uoluntate, quod etiam poſt aditam hæreditatem haberet locum ſubſtitutio in perſonam pupilli: habebit locum pupillaris directa, per quam pupilli ſuccederent, ſi in perſonam fratris maioris haberet militaris directa. Iaſ.in l.ex teſtamento nu.11.C.de teſta.mili.communem dicit.

Monachus

113 ¶ Monachus retinet iura ſuorum. Iaſ. in l.patre furioſo num.47.ff.de his qui.ſunt ſui, uel alie. iuris communem dicit.

114 ¶ Monachus ſolutus eſt a patria poteſtate. idē Iaſo.ibi communem dicit.

115 ¶ Monachus poteſt prefici in beneficium curatum ſine diſpenſatione. Panor. in cap. quod Dei timorem numer. 7. de ſtatu monac. communem dicit:

116 ¶ Amplia etiam ad preſentationem. idem ibi communem dicit.

117 ¶ Monachus effectus canonicus, non poteſt eſſe iudex delegatus. Gome.in c.ſtatutum num.32. de reſt.in vj.communem dicit ſi tamen eſſet conſtitutus indignitate iudex delegatus poteſt eſſe. Are.in cap.cauſam de iudi.nu.17.communem dicit ex gloſ.in clem.& ſi principalis de reſt.

118 ¶ Monachus fugitiuus magis ęquiparatur filio quam ſeruo. Iaſo.in l.profeſsio.§.ſeruum nu. 14. ff.de acquir.poſſe.communem dicit. ſed Aret.ibi communem contrariam.ſed pro concordia dic ꝙ æquiparatur ſeruo quo ad effectum acquiſitionis. ſed in acquiſitione æquiparatur filio. Iaſo ibi.

119 ¶ Monacho inſtituto hærede, & repudiante, poteſt monaſterium acceptare. & adire hæreditatem. Iaſo.in l.cum proponas, de hęre.inſti.C.cōmunem dicit.

120 ¶ Monaſterium habetur loco filij. Iaſ.in authē. ſi qua mulier num.18.C.de ſacro.ſan.eccle.communem dicit.

121 ¶ Amplia iſtam communem, etiam ut excludat ſubſtitutum filio inſtituto, ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs. Alexan.conſi.121.uol.2.nu.11.

Et

Et plures alij,quos congerit Coua.in ſuis reſolu. li.1.ca.19.nu.11.communem dicunt etiam ſi ſit ad ditum ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus de matrimonio habitis, Caro.molin.in addi. ad Alexan.conſi.121.in uer.contrariam communem dicit ex Deci.conſi.416.

122 ¶ Reſtringe hanc ampliationem ſi pater,uel teſtator excludit monaſterium: quia ualet excluſio Caro.ibi cõmunem dicit ex Paul. & Bal. in l.deo nobis.C.de epiſcopis & cleri.

123 ¶ Monaſterium non inducit preciſam cohertionem, Feli.in cap.tuæ.de ſimoni.communẽ dicit.

124 ¶ Monitio requiritur ad incurrendam pænam quando aliquid precipitur fieri ſine tempore: Et propter non factum pænam imponet,Præpo.in c. quidam.5.q.1.communem dicit.

*§ Concor.l.12.ti.9.par.1.

125 ¶ Mora purgatur in tranſactione. Iaſo. in l.ſi maior annis numer. 3.C. de tranſac. communem dicit.

126 ¶ Intellige iſtam communem quando purgatur per tranſactionem factam ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam ante ſententiam. Iaſo. ibi communem dicit.

127 ¶ Mora purgatur in omnibus caſibus ante ſententiam. Iaſ.in l.pacto.numer.8.C.de pactis communem dicit.

128 ¶ Nota quod ad inducẽdam moram in legatis ad pias cauſas, in quibus dies certus eſt. non requiritur interpellatio.tamen ad incurrendam pænam requiritur monitio. Gozza.conſi.34.num.6. communem dicit.

129 ¶ Fallit ſi per conſtitutionem generalem epi-

ſcopi

ſcopi fiat preceptum quod legata pia adimpleant quod tunc dies interpellat ad incurrendam pœnã. Idem Gozza.num.8.ibi communem dicit ex Are. conſi.67.& Abbate conſi.59.

130 ¶ Nota quod tempus per quod purgatur mora: relinquitur arbitrio iudicis, Deci.conſi.138. nu.7.communem dicit.

*§ Concor.cum l.13.ti.11.par.3.

130 ¶ Mors ciuilis,& naturalis ſolum æquiparatur in caſu in quo ex ciuili effectualiter cauſaretur idẽ quod & per naturalem. Aret.in l. eam partem.§. inſulam.ff.de uerb.oblig.cummunem dicit.

131 ¶ Nota ex hac communi iunta l.28.ti.4. par.3. quod monachus, ſeruus, & in perpetuum exulatus effectualiter dicitur mortuus. quod nota. Et uide Guilliel.bened.in rep.c.rainuntius de teſtamen.in uer.mortuo de hac materia.

132 ¶ Morienti creditur ad ſuum preiuditium, nõ autem ad alterius.Marc.Anto.de inditijs nu.393. communem dicit.

133 ¶ Mulier ſi de facto ordinetur: non recipit characterẽ. Mainer. in l.fæminæ de re. iur.ff. nu. 8. communem dicit.

134 ¶ Mulier ſimpliciter nubendo, non uidetur dare omnia bona ſua in dotem. Cur.iuni.conſi.168. nu.4.communem dicit.

135 ¶ Mulier pro dote,non prefertur anterioribus creditoribus habentibus hypotecam expreſſam: Ripa in l.quęſitum nn.7.de pri.credi. nu.3.ff. Io. Cora. in l. qui liberos nu.118.ff. de ritu nuptiarũ communem dicit.

136 ¶ Mulier non poteſt relinquere bona ſuis propinquis quorum conſenſus requiritur in teſtamẽ-

to. Io.duran.in arte teſtan.ti.11.cau.2.nu.2.communem dicit.

137 ¶ Mulier dotem non habens, uel paruam: habebit ex bonis mariti quartam partem: ſi nõ ſunt ultra tres filios: ſi tamen ſunt plures: habebit uirilem portionem. Io duran.in arte teſtã.ti.6.cau.20. communem dicit.

138 ¶ Mulier non iuuatur uelleiano, ſi interceſsit pro dote Io.Cora.in l.qui liberos num.112.ff. de ri.nupt.communem dicit.

139 ¶ Mulier ſi per ſtatutum debet lucrari certam partem bonorum mariti intelligitur de conſumato Hypo.ſing.106.communem dicit.

140 ¶ Mulier maritata nõ dicitur in odioſis quæ eſt ſponſata.Bened.in cap.rainuntius.in uerbo duas. habens. filias nu.151.communem dicit.

141 ¶ Mulier, quod ſine conſenſu patris non poſsit contrahere: non poteſt induci ſtatuto. Iaſo.in l. 1.§.huius ſtudij.nu.12.ff.de iuſt.& iu.communem dicit.

142 ¶ Mulier, ſi ſecundum formam ſtatuti non poteſt contrahere: bene poteſt tamen quaſi contrahere. Iaſo.in l.Barbarius nu.4.ff.de offi. præſi. communem dicit: licet ipſe teneat contrarium.

143 ¶ Mulier de iure ciuili indiſtinctè admittitur in teſtem de iure tantum canonico, in criminalibus nõ admittitur: niſi in caſibus a iure expreſsis. in ciuilibus tamen etiam criminaliter intentatis admittitur indiſtinctè, Panor.in cap. quoniam de teſti.nu.12.communem dicit. De iure autem regio, mulier non poteſt teſtificare niſi in rebus quæ pertinent ad mulieres, uel in defectum probationis l.8.ti.8.li.2.fo.ll.& l.ſtili.96.Et nota uerbũ ſatis

ſatis notabile in d.l.ſtili.Mas en aquellos lugares do hes cierto.quel hectio fue fectio ante honbres no ſon creidas ſi los honbres que ſe Acertaron o alguno dellos no teſtimonia eſomiſmo quellos di zen en.ſu teſtimonio . Ex quibus notatur ꝫ quod habilitas unius teſtis habilitat omnes alios etiam inhabiles: quod etiam eſt ex mente Bal.in l.gallus §.ille caſus.ff.de libe.& poſthu. Quod intellige quando teſtes inhabiles non ſunt ex toto inhabiles:ſed ſolum habent diminutam fidem: quia ſi ex toto eſſent inhabiles, per habiles non habilitantur: ut per eum. Bal.& Fran.Cur.in trac.de teſti. conclu.1.per totum. Et ſic procedit d.l.ſtili. Et nota quod adhoc. quod teſtes inhabiles poſsint recipi ex defectu probationis: requiritur quod actu & habitu ſit defectus probationis: attento cõ muni curſu per gloſ. in cap. licet de proba. Et producenti incumbit probatio ſecundum Anto. & Imol.in cap.dilectis. de teſti.coge. & niſi probentur hæc duo: non admittuntur. Alexan.conſ. 64.uol.1.& de teſtimonio mulieris uid. Io.lupum in alleg.here.praui.col.34.

*§ Concor.cum l.3.ti.12.par.5.de qua per Io.lupũ in repet.col.223.& de qualitate teſtium in cauſa criminali. De iure regio uide l.12.ti.14.par.3.& l.26.ti.1.par.7.

144 ¶ In teſtamẽto tã de iure ciuili, quàm de iure canonico mulier non poteſt eſſe teſtis licet de iu re canonico ad pias cauſas poſsit Bello. conſ. 14 num.8.communem dicit.

145 ¶ Mulier non tenetur ſtare colono,uel locatio ni per maritum factæ ſoluto matrimonio.Coua.in reſo.li.2.cap.15.numer. 5.communem dicit. ex

Carolo molin.in conſti.pariſ.§. 30.q. 22. uide in uerbo locatio.

N

1 NEgatiua cum eſt fundamentum intẽtionis: dicenti incumbit, onus probandi. Iaſo. in l.qui ſe obtulit.§.condemnandum.ff.de re. iudi.nu.7.communem dicit.

2 ¶ Negatiua probatur ſic. in bonis petri ſunt alia bona: qui uult dicere aliud. probet. Curt. iuni. conſi.150.num.10. communem dicit. quam intellige, quando pro hærede, uel dicenti eſt alia preſumptio. ut quod confecerit inuentarium.Coua.in reſo.cap.6.nu.4.li.2. communem dicit. ex Alci.de preſump.re.3.preſu.20.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.17.& 44.tau.

¶ Negotiorum geſtor poteſt facere proteſtationem incitatoriam debitori ut ſoluat domino, & conſtituit eum in mora, non tamen ſi incitat ut ſibi ſoluat. Io.a Ripa.in cap.cum in de conſti.num. 141.communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.5.fo.13.par.6. & l.7.ti.6.li.3. fo.ll.

3 ¶ Nepos ex primogenito prefertur ſecundo genito in ſucceſsione regni Barba.conſi.4.uol.2.Io. duran.in arte teſtan.ti.3.cau.8.communem dicit. ſed Alexan.conſi.4.uol.4.& in conſi.54.uol.3.quẽ refert Iaſ.in l.maximum uitium.C.de liber.prete. nu.4. communem dicit. contrariam. quam intellige ſi primogenitus moriatur uiuo patre Deci. conſi.443.maximè ſi filius poſsidet nu.28.

*§ Opinio Barba.& Duran.eſt approbata indiſtinctè per l.40.in ordi.tau.

4 ¶ Nepos qui eſt ſuus, cui nullus precedit in gradu: non poteſt inſtitui ſub conditione caſuali, uel mixta. Iaſo. in l. ſi pater num. 16. C. de inſti. & ſub ſti. communem dicit.

5 ¶ Nepos legitimus ex filio ſpurio ab inteſtato auo non poteſt ſucceddere. Cur. iuni. conſi. 157. nu. 1. communem dicit. & Pirrus in conſue. Aure. de ſucceſſoribus. cap. 6.

6 ¶ Nepos legitimus, uel naturalis ex filio ſpurio, deficiente prole legitima poteſt ab auo inſtitui hæres. Coua. in epi. 4. cap. 8. §. 5. numer. 13. communem dicit ex Decio conſ. 462.

7 ¶ Amplia etiam ſi proles ſit legitima ex reſcripto principis. Idem ibi ex Decio, conſi. 185. commu nem dicit.

8 ¶ Fallit in nepote ex filio inceſto: idem ibi ex Sali. in l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis nupti. communem dicit.

9 ¶ Fallit ſecundo, in nepote legitimo ex filio clerici in ſigniti ex ordine ſacro. idem ibi ex Corſetto inſing. in uer. fornicatio, communem dicit.

10 ¶ Nepos ſucceddit cum patruo in ſucceſsione legati patrui: ſecus in fideicommiſſo, Deci. cōſ. 1. nu. 5. communem dicit.

11 ¶ Nepos ex filia mortua, uiuente auo, habet ius petendi legitimam ex perſona propria: etiam ſi mater renuntiauerit legitimæ. Io. a Ripa de legi. li. 1. cap. 6. num. 3. communem dicit: Limita tamē ſi interuenit iuramentum per Decium conſi. 181.

12 ¶ Nepoti, patre repudiante hæreditatem aui, uel lapſo tempore querelę de inofficioſo teſtamē to, competit querela de ſucceſſorio ædicto. Iaſo. in rubr. de ſucceſſo. edicto. C. numer. 5. in fin.

S 3 commu-

communem dicit.

13 ¶ Nobiles non gaudent priuilegio quod, non conueniantur ultra id quod facere poſsint. Coua. in reſolu.li.2.cap.1.nu.4. communem dicit.

* § De iure regio nobiles qui vulgo dicuntur, hiſos dalgo, non poſſunt pro debito incarcerari l.4. tit. 2.li.4.in ordi. quam intellige niſi aliàs debitum deſcendat de delicto. per l.79.tau uel ſi aliàs eſt locator bonorum fiſcalium. uel pro debito regio p d.l.4. Item nec executio in domibus ſuæ habitationis, nec in armis, uel æquo, uel mula l.3. eiuſdem tituli. nec poteſt torqueri per d.l.4. & per. ll.regni nobiles in multis diſtinguntur ab aliis. ut appareat in pragm.1.de blaſphemiis. & in l.5. ti. 22.li.8.ordi.& in l.tolle.75.de 1525. cõpila. noua ti.6.li.8.l.1. Et de conſuetudine nobilis decapitatur: plebeus tradditur furcæ. ut per Bal. in in conſ.426.uol.1.ubi uide quæ ſit maior pæna decapitationis, aut furcarum. Et nota quod ex æquali facto, magis punitur plebeus quàm nobilis glo. in l.ſeruos. C. ad l.iuli.de ui.publi.& Sali.in l.2.C. ut ne.priua. Et nobilis quis dicatur uide l.2. ti. 11.par.2.& Docto.de pala.rub.in repet.rubr.col. 29.& qualiter nobilis ſit carcerandus in col.26.et l.4.ti.29.par.7.

14 ¶ Nobilitas non perditur per ingreſſum religionis. Boe.in conſue.bitu.rub.deſcoſtumes.concernentes les mariages.§.5. communem dicit.

15 ¶ Notarius non preſumitur niſi probetur titulus: etiam ſi conficiat inſtrumentum, ut notarius, Alcia.de preſum.reg.3.preſum.13. communem dicit.

16 ¶ Nota quod ſi negetur inſtrumentum eſſe confectum

fectum a notario: non ſufficit, quod probetur haberi pro tali: ſed eſt probandum eſſe talis: aliàs inſtrumentum non ualet. Iaſo.in l.barbarius.nu. 48.de offi.præſi.ff. communem dicit.

17 ¶ Fallit in antiquiſsimis, in quibus præſumitur titulus notarij. Aymon de antiq. tempo. in 3. par. verſi.& uidimus in genere nu. 8. communē dicit. ex Bal.in authen. quas actiones in fi.C.de ſac.ſan. eccle.& uide Boe.deci. 36.num.11.ubi concludit hoc eſſe uerum quod conſtat alia inſtrumenta recepiſſe ante, uel poſt illam de qua quæritur. quia hoc ſufficeret ut transferatur onus probādi in negantem eſſe notarium. ut tenet Bal. Alex. & Iaſ. & Deci. & Iaco. de Sancto Georgio in l.i.C.qui admitti ad bono.poſſe.

18 ¶ Notarius nō conficit inſtrumentum niſi rogetur à partibus: nec ei creditur, nec poteſt rogari niſi de his quæ tunc fiunt à partibus, Cur. Iuni. conſi.166.nu.2.communem dicit.

19 ¶ Notarius non præſumitur eſſe rogatus niſi ipſe in inſtrumento dicat eſſe rogatum. Boe. deciſ. 75. nu.7. etſi dicat ego ſcripſi. communem dicit.

20 ¶ Notarius ſi non dicat in teſtamento teſtes eſſe rogatos, & ad hoc ſpecialiter uocatos: non ualet quod agitur. Boe. deciſ.34.nu.4.cō munem dicit.

21 ¶ Fallit ſi ſit ad pias cauſas. Idem ibi nu.5.communem dicit.

22 ¶ Fallit ſecundo, ſi teſtes ſe ſubſcripſerunt. Idē ibi communem dicit nu. 8.

23 ¶ Notarius acquirit alteri. Panor. in prohem. decret. communem dicit nu. 22. quam intellige in actionibus utilibus, non tamen in directis. Alci.in c.cum contingat de iur.iuran. nu.133. com-

munem dicit.

24 ¶ Fallit, ſi ſtipuletur pacem pro abſente: non acquirit ius abſenti. Alcia. in c. cum contingat de iu.iuran. nu.237.

25 ¶ Notarius non cōputatur inter teſtes: niſi a iudice ſit examinatus. Matthe.de Affli.deci.neapo. 25. communem dicit.

26 ¶ Notarius non poteſt ſine authoritate iudicis committere alteri notario ingroſſationem inſtrumenti. Boe.dec.36.nu.8. communem dicit.

*§ Hæc opinio communis concordat cum l.8.ti.9. par.2. loquente de notario principis cui commiſſa ſunt aliqua ſecreta alicuius ſecreti: alij aũt notari ex infirmitate, uel ex alio caſu poſſunt committere ingroſſationem inſtrumenti: dummodo ſeruetur traditum per l.55.ti.18.par.3.& l.5.ti.19 par.ead.& l.7.ti.8.li.1.fo.ll.& uid.l.ſtili.189.

27 ¶ Nota quod ingroſſatio inſtrumenti requirit ſignum notarij defuncti. Boe.ibi. cõmunem dicit.

28 ¶ Notarius publicè excommunicatus ſi conficit inſtrumentum: non ualet quod agit. Ioa. a Ripa in cap.2.li.3.de dona. communem dicit.

29 ¶ Notario dicenti certioraſſe mulierem de uelleiano creditur, & firmat inſtrumentum. Alci.de de preſum.re.3.preſum.13. communem dicit. & uide in uerb.iuramentum.

30 ¶ Notario aſſerenti ſibi commiſſum: non creditur: niſi cum fide alterius notarij. Cur.iuni.conſi. 166.nu.3. communem dicit.

31 ¶ Item non creditur notario dicenti in teſtamẽto ægrum eſſe ſanæ mentis tempore conditi teſtamenti. Iaſo.in l.ſenium ætatis numer. 3.C.qui teſtam.facere poſſunt. communem dicit.

Nouari

32 ¶ Nouari non dicitur obligatio per actum ſequẽtem alterius precedentis obligationis: etiam ſi noua perſona intercedat: niſi expreſsè agatur. Alexan.conſ.72.uol.2.nu.1.magis communem dicit. contra Bar.in l.pen.ff.de preto. ſtipula.

33 ¶ Nouum opus poteſt denuntiari in opere etiã nemine preſente:ſed tamen non preiudicat domino niſi deuenerit ad eius notitiam. Iaſo. in l. de pupillo.§.mutationem.ff.de no.ope.nunt.num.5. communem dicit.

34 ¶ Amplia ad denuntiationem factam domino extra opus quia ei preiudicat. Iaſo.in d.l. de pupillo.§.ſiquis fortè numer.3.magis communem dicit.

35 ¶ Denuntiatio facta fabris, etiam abſente domino & ignorante in opere preiudicat. Idem. Iaſo.in d.§.de pupillo nu.6.& in .§.ſiquis num. 3. magis. communem dicit

36 ¶ Nouum opus non denuntiatur niſi ab habente poteſtatem. Iaſ.in l.hoc. ædicto nu.2.ff.eo.communem dicit.

37 ¶ Item nec inquilinus, aut colonus etiam procuratorio nomine non denuntiat. Iaſ.in l.in prouintiali.§.ſi ego nu.5.ff.eo. communem dicit.

38 ¶ Item nec minor, etiam maior 18. annorum, etiam ex cauſa reipublicæ, & cum authoritate curatoris non denuntiat. Iaſo.in l.de pupillo num. 3.ff.eo.communem dicit.

39 ¶ Item nec Forenſis, quando edificatur in publico: niſi ędificaretur in uia. Iaſo.in l.in prouintiali.§.ſi in publico nu.1.ff.eod.communem dicit.

40 ¶ Item non denuntiatur prætori: ſed proteſtatur contra eum, cum lis non poſsit ei moueri.Iaſ. in

in d.l.de pupillo.§.ſiquis ipſi prætori nu. 1.ff. eod. communem dicit.

41 ¶ Nota, quod nouum opus poteſt denuntiari contra uicinum edificantem in ſuo ſolo: & ſibi nō prodeſt, & alteri nocet: Iaſo.in d.l.de pupillo.§. meminiſſe nu.9.ff.eo.communem dicit.

42 ¶ Nouum opus ſi denuntietur: ſuperſedetur ꝑ tres menſes, etiam ſi offeratur ſatiſdatio: cum denuntians dicit hodie conſtat, hodie agatur. Iaſo.in l hoc ædicto nu.19.ff.de no.ope.nunt.cōmunem dicit. licet ipſe teneat, quod indiſtinctè ſiue dicat, ſiue non,debet per rtes mēſes ſuperſedere.

43 ¶ Nullus ſi ſit actus eo mō.quò agitur: minimè ualet. prout ualere poteſt: quando agitur de obligatione contrahenda. quæ a duorum uoluntate pendet. Coua.in epi.4.cap.3. communem dicit. ex Bart.in l.1.§.ſiquis ita.ff.de uerb.oblig. contra quam Panor.in cap.quod ſuper de offi.delega dicit eſſe tex.in cap.1.deſpon.impu.ideo cogita de communi.

44 ¶ Fallit, niſi aliàs illud qnod fieri poterat: ſub eo quod fit includatur. Coua.ibi ex Flori. in d.l. 1.communem dicit.

45 ¶ Nullitas ſententiæ quæ pretenditur reformari ex eiſdem actis,eſt petenda coram iudice ipſius actus. gloſ.in l. 4.C. de accuſa. aut principaliter pretenditur pronūtiari nulla: & tunc datur optio grauato: niſi allegentur ſordes ipſius iudicis. Feli.in c.per tuas de ſent.exco.communem dicit.

§ Nota iſtam communem ad intel.l.2.ti.28.par.3 & l.2.ti.15.li.3.ordi.in qua l. aſsignatur tempus ſexaginta dierum ad dicendum de nullitate, de iure tamen communi, in actore durat uſque tempus

pus actionis: & in reo in perpetuum, Iaſo. in l. data opera.ff.de fideiuſ.quem refert Ant.de trem. in addi.ad bonac.in practi.excepti.de imper.executi.nu.18.in uerbo perpetuum. Vnum tamen nota, quod ſi appellatio eſt interpoſita ex cauſa probabili quod nullitas poteſt opponi: & finito proceſſu appellationis, ſi tamen cauſa erat improbabilis non poteſt opponi, ſecundum Bal. in l.contra maiores.C.de inoff.teſta.& ſic eſt intelligendum d.Pauli in conſi.288.uol.1.num. 3. Item nota quod licet nullitas ſit euidens quæ de iure ciuili poteſt in perpetuum proponi. ut per Balbum de preſ.in 4.par.4.par.q.32.tamen cum in d.l.ſit taxatum tempus ad dicendum de nullitate:etiam ſi ſit euidens: non poteſt dici de nullitate poſt illud tempus ut eleganter tradditur per. Alexand. in conſi.105.uol.5.num.4.& quæ per plura confirmat. Item nota, & tene menti: quod ſi iudex admiſit nullitatem poſt illud tempus: Cum aliàs non debeat admitti: debet pronuntiare ſuper nullitate. ut per gloſ.& ibi Panor.& Feli.in ca.cum contingat dè offi.deleg.

46 ¶ Nuntio dicenti citaſſe, creditur magis quam parti neganti. Alci.de preſum.re. 3. preſum. 14. nu.9.communem dicit.

* § Concor.cum l.ſtili.21.& ob hanc l. non ſumitur argumentum a contrario ex l.8.ti.7.par.3.quæ uidetur innuere contrarium.

47 ¶ Nuntio dicenti citaſſe de commiſsione iudicis,non creditur. Alci.ibi communem dicit.

Quia commmiſsio iudicis non preſumitur niſi probetur:ſecundum Feli.de quo in uer.cōmiſsio. & concor.cū l.1.ti.2.li.2.fo.ll.& cum pragm.201.

§.pri-

§.primeramente in . pragma . Quia nuntio non creditur,niſi iuxta officium ſuum . ſm Ioan.And. in addit.ad Specu.de cita.§.1.in princ.& Dida de Segu.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de uerbo.nu.58.

48 ¶ Nuptiæ inceſtæ illæ dicuntur adhoc quod con trahentes incurrant in pænas ciuiles contra eos promulgatas quæ contrahuntur contra diſpoſitio nem canonis, non legis,Coua.in epi.4. cap. 6. §. 8.num.18.ex Deci.conſi. 158.communem dicit.

49 ¶ Nota quod maritus qui aliàs habet annuam dilationem ad preſtandam dotem iuxta l. uni.C. de rei uxo. acti. ſi tamen nuptię ſunt inceſtuoſę: perdit priuilegium iſtud. Coua. ibi numer.24. communem dicit.

50 ¶ Item nota quod licet regulariter maritus non poſſit conueniri ultra quam facere poteſt: tamen in nuptijs inceſtuoſis hoc priuilegium nec alimẽtorum habet.Bal.nouel. de dote par. 11. numer. 18. communem dicit.

O

1 OBlationes debitæ uni,ſi in aliquo feſto effe-rantur, etſi in die dominico ad alium perti nentes, ſi dies dominicus,ac feſtum contin gerit uenire in uno die:diuidẽdę ſunt inter eos,Iaſ.in l.ſi arrogatore nu.50.ff.de adopti. com munem dicit.

2 ¶ Obligatio naturalis non dicitur ex ſtipulatione Io.a.Ripa.in rub.de pactis.C. numer. 7. communem dicit.

3 ¶ Obligatio naturalis poteſt cedi . Iaſo. in l.hoc ædicto .§.uſufructuarius nume.6. ff. de no. oper. nunt.

nunt.communem dicit.

Obligatio ſub conditione proſtatiua tranſit ad hæredes Boe.dec.351.nu.2.communem dicit.

4 ¶ Obligatio ſi ſonet in contractum nominatim, & non poteſt ualere: nec ualebit ut contractus nominatus. Iaſo.in l.ſi quis ante num.18.ff. de acquir.poſſeſ.communem dicit.

5 ¶ Obligatio generalis comprehendit merces uenales. Anto.de fano de pigno. par. 2. mem.2.nu. 17.communem dicit.

6 ¶ Intellige iſtam communem ſi ſunt penes debitorem.Io.Crotus in l.ſi conſtante in ſecunda.lec. num.203.ff.ſolu. matrimonio communem dicit. ſed contra iſtam communē ſic intellectam dicit. magis cōmunem Iaſo.in.§.item ſeruiana nu.51.ꝗ inſtit de acti.quam Coua. in reſo.li.2.c.5. dicit. ſi obligatio referatur ad certum locū quia tunc res uenales non comprehenduntur ut in mercibus illatis in domum conductam. ut in l. debitor.ff.de pigno. uel poſſumus dicere ut aliàs dixit Gome. in d.§. Item ſeruiana. quod etiam in caſu d.l.debitor. de mercibus illatis quod ueniunt in obligationem merces uenales quando non ſunt alia bona in quibus dicta obligatio uerificetur per l. pediculis.§.Item cū quæritur.ff.de auro & argento, leg. uel dic ſecundū Zaſium in.§. Itē ſeruiana nu. 20.quod etiam inuectę & illatæ merces comprehenduntur in obligatione generali tacitè uel expreſsè taliter quod ipſæ uel loco illarum poſitæ ſi inueniantur in domo conducta tempore ſolutionis ſint obligatæ per l.cum tabernam.ff.de pigno. & ſic generaliter noſtra communis ſit intelligenda quod in obligatione generali ueniant merces uenales

uenales quod aliàs ita tenuit ipſe Iaſo.ſibi contrarius in l. qui Romæ .§. calimachus .ff.de uerb. obli.magis communem dicit & ita eſt tenendum, & nota omnia ſupradicta pro intel.l.5 .ti.8.par. 5. & l.ulti.li.17.li.3 .fo.ll.dicentes omnia bona inuēta in re locata eſſe obligata pro ſolutione mercedis.

7 ¶ Obligatio ad carceres & renuntiatio ceſsioni bonorum non firmatur iuramento. Alci. in cap. cum contingat de iur. iuran. numer. 69. communem dicit.

8 ¶ Obligatio naſcitur ante diem quæ tacite ineſt ratione loci actio tamen non. Hiero. cagno.in l. in omnibus.ff.de re iu.communem dicit.

9 ¶ Obligatio dandi eſt indiuidua. Curt.iuni.conſ. 74.communem .dicit.

10 ¶ Obligatus ad dandum ex ſtipulatione uiam, tenetur ſtipulari dationem, & factum. Alcia.in l.2. §.1 .nu.38.ff.de uer.obli.communem dicit.

11 ¶ Obligatio ad dandum aliquid in genere, preſtando partem non liberatur in totum nec in illa parte,obligatus tamen alternatiue,dando partem licet in illa parte non liberetur tamen ceſſat exercitium actionis in illa parte. Alcia.ibi.numer.55. communem dicit.

12 ¶ Amplia quod in tantum eſt uera quod creditor non compellitur recipere. idem ibi nu.10. in uer.ſeptimo limita, communem dicit licet ſibi non placeat in puncto iuris.

13 ¶ Fallit in pęna appoſita in obligatione dandi uel faciendi cum factum eſt indiuiduum:quia non debetur niſi pro parte pro qua nō fuit completa uel fuit contrauentum Boe. dec. 349. numer. 8. commu-

communem dicit.

14 ¶ Obligatus ad factũ medio iuramẽto aſtringiť ut prommittens tenetur ad factum preciſe & non ſatisfaciat cum intereſſe. fortu.Garcia.in ca.1.de pactis. nu.16.in fi.communem dicit.

Amplia in obligato ad ſcribendum libros quia non ſatisfacit cum intereſſe ſed preciſe tenetur ad factum. Iaſ.in l.ſtipulatio.§.habet autem num. 11.ff.de nou.oper.nunt.communem dicit. & reprehendit, Alexan. dicentem communem contrariam.

15 ¶ Nota quod obligatus ad factũ ex eadem obligatione tenetur ad intereſſe & ex eadem poteſt conueniri Iaſo.in l.ſi quis.§.ſiquis prommiſerit, nu.3.ff.de re iudi.communem dicit.

16 ¶ Obligatus ad dandum rem uel quantitatem reſpectu rei. perempta re perimitur obligatio Dec. in l. quod te.ff. ſi cer.peta.numer. 6. communem dicit. ubi ui.limita. & nota iſtam communem ad obligatum alternatiue, de quo in uer.debitor ſupra totum.

17 ¶ Obligatus ſatisdare, ſatisfacit, dando fideiuſſore aut pignora, Hiero.cagno.in l.plus cautionis. de re.iudi.ff.communem dicit.

18 ¶ Obligatus tamen ad dandum fideiuſſorem, nõ liberatur dando pignus. Idem ibi numer.4.communem dicit.

* § Nota iſtam communem pro intel.l.2.ti.3.li.2. fo.ll.ubi diſponitur quod ſi debitor in iuditio uocatus, non ſit idoneus in facultatibus: quod debet preſtare fideiuſſorem, aliàs iudex ponere illũ in carcere: & ſic ex iſta communi & l. colligitur quod non ſatisfacit dando pignora, quod etiam fa

cit

cit ad intel.l.1.ti.5.li.2.fo.ll.quæ loquitur depetẽti ferias, & ad intel.l.17.ti.13.par.5.& l.33.tit.18.par.3.& l.7.ti.18.li.3.fo.ll.ſed tamen de iure regio ſatisfacit,dando pignora,ſi non habet fideiuſſorem per l.7.ti.8.li.2.fo.ll.approbata opinio. Bart.in l.prætoriæ. de præto.ſtipul ff.de qua per Suarez.in d.l.2.ti.3.li.2.fo.ll.nu.10.Et nota quod iſte fideiuſſor qui preſtandus eſt adhoc quod reus liberetur a carceribus ſufficit quod ſit ſatisdatio faciei. & ſic has ll. intelligit dictus Suarez. num. 4.in fi.& dicit non obſtare d.l.7.& ſic obſeruatur.

19 ¶ Occidi poteſt fur pro defenſione rerum quæ aliàs non poſſunt recuperari. Iaſ.in l.ut uini.nu. 25.ff.de iuſti.& iu.communem dicit: limitat de iure poli, & in clerico,& in re parua quem uide.

20 ¶ Occidere licet offendentem patrem, filium, uxorem, aut conſaguineum, aut cognatum. Iaſ. ibi nu.27.communem dicit.

21 ¶ Amplia ad extraneum, ſi aliàs uita eius non poteſt ſaluari. ibi num.29.cõmunem dicit. limita tamen quo ad incurrendum irregularitatem gloſ.fi.in cle.1:de homici.

Officialis abſque peccatto, poteſt exequi ſententiam principis:qui abſque proceſſu mandat ut aliquis furca ſuſpendatur. Hiero.cagno.in l.uelle nu.15.ff.de re iur. communem dicit.

22 ¶ Amplia etiam contra tertium ſuccedentem ſcienter in rem uiolenter affectam. Io.Cora.in l. naturaliter.§.nihil commune uerſ. explicitis nu. 50.ff.de acquir.poſſe.communem dicit.

23 ¶ Offitium iudicis non datur contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem ignoranter ſuccedentem in rem affectam ex uiolentia. Cora.in.§.nihil commune

mune uer.explicitis nu.53.de acqur.poſſe.ff. com munem dicit.

24 ¶ Oratio particularis plus prodeſt quam generalis in remiſsionem peccatorum Prepo. in cap. ſacroſanctam. 22.diſtin.poſt princ.in ca.fraternitatis de ſepul.communem dicit.

25 ¶ Ordinarius non poteſt deponere promotum a Papa. Feli.in cap.per tuas de maior. & obedi. communem dicit.

26 ¶ Ordinarius delegat ea quæ ſpecialiter compe tunt: ſi ſe abſentat, uel ſi eſt infirmus. Iaſ.in l.quæcumque nu.77.ff.de offi.eius.cui mand. eſt iur. & Alcia.in cap.quod ſedem numer.74. de offi.ordi. communem dicit. Vide ſupra in uer.delegatus nu.28.cum ſequen.

27 ¶ Nota quod dicto ordinarij ſtatur,dicentis delegare ex iuſta cauſa. Alci.ibi. nu.17.not.2. com munem dicit.

28 ¶ Ordinarius poteſt dare ſuo delegato poteſtatem ſubdelegandi. Iaſo.in l.quæcumque nu. 16. ff.de offi.eius. & in l.a iudice. C. de iudi.num. 8. Anto.de trem.addi.ad.bonacur. in prac. excepti. in rubr.de impe.execu.nu.7. uerſ. mærum imperium communem dicunt.

29 ¶ Amplia iſtam communem ad ordinarium minimum: Maran.in ſpecu.aure.par.4.nu.58. communem dicit. ex gloſ.in l.is cui de offi.dele.

30 ¶ Ordinaris cui commiſſa eſt cauſa ut procedat ſummariè. & de plano cenſetur delegatus. Iaſ.in l.hoc ædito .§.& poſt operis nu. 4.ff. de no. oper. nunt.communem dicit.

31 ¶ Amplia,ſi in commiſsione eſt uerbum, delego etiam ſi non alteret ſuam iuriſditionem.Cur.iuni.

in l.mandata.ff.de offi.eius nu.5.cõmunem dicit.

Obrrectio,& taciturnitas uitiat legitimationem. Cur.iuni.conſi.83.nu.8.communem dicit.

32 ¶ Originem non denotat,ſi aliquis uocetur Hiſpanus, uel Lombardus Boe.dec.13.numer. 14. communem dicit.

P

1 Pactum de futura ſucceſsione non ualet, nec firmatur iuramento. Guill.bene.in c.rainuntius de teſta.in uer.duas. habens filias. num. 194.Cur.iuni.conſi.25.numer.7. communem dicit.

* § De iure regio habes. l.13.ti.5.par.5. diſponentem quod pactum de fatura ſucceſsione generaliter non ualet: ſecus tamen, de particulari niſi de uoluntate illius de cuius hæreditate paciſcitur. ubi uid.de materia,& in l.fi.C.de pactis.

2 ¶ Amplia,quia nec ſtatuto,ſeu conſuetudine poteſt introduci. Idem Guil.ibidem num. 197. communem dicit.

3 ¶ Fallit in pacto de ſucceſsione in re certa: quia ualet. Bello.con.60.nu.2.Cur.iuni.conſ.81.nu.4 communem dicit.

4 ¶ Fallit ſecundo, in pacto de certa cota. bonorum. Io.duran.in arte teſtan.ti.2. cau. 10. communem dicit.

5 ¶ Fallit tertio, in pacto de non ſuccedendo:quia bene firmatur iuramento. Iaſo.in l.pactum dotale.C.de colla.nu.3.communem dicit.

* § Fallit quarto, in pacto facto inter coniuges de ſucceſsione ad inuicem, poſt annum contractus matrimonij l.9.ti.6.li.2.fo.ll.

Pactum

6 ¶ Pactum appoſitum in matrimonio quod muler ad alium locum non ducatur ualet. Panor.in c. 1. qui ma.accu.poſſunt. communem dicit.

7 ¶ Pactum de non alienando, ſeu prohibitio non tollit alienationem: ſi non interueniat ſpecialis hipoteca. Anto.de fano de pigno.par. 2. mem. 1. num.4.communem dicit.

8 ¶ Pactum non impedit translationem dominij. Cur.iuni.conſi.174.numer.19.communem dicit.

9 ¶ Pactum appoſitum in emptione quod quandocumque pretium reddatur: teneatur emens reuēdere preſcribitur per triginta annos. Alci.in rub. de preſcri.nu.6.& Balbus de preſ.in 4.par.5.par. q.3.communem dicit.

10 ¶ Pactum quod debitor prius mittatur in carcerem quam in bonis executio fiat: non ualet. Ripa in l.obligationi numer.24.ff.de pigno.communem dicit.

11 ¶ Amplia ad pactum quod creditor poſsit detinere debitorem propria authoritate, non ualet: Idem Ripa ibi nu.21.communem dicit.

12 ¶ Pactum quod donatio non reuocetur pretextu ingratitudinis, non ualet. Ant.rube.conſ. 114 communem dicit.

13 ¶ Fallit, ſi firmetur iuramento. Idem ibi nu.31 communem dicit.

14 ¶ Pacto partium poteſt introduci quod actus non poſsit probari niſi per teſtes. Hypo. in rub. de procu.nu.33.communem dicit.

15 ¶ Pactum appoſitum per monachum contra ſubſtantiam ordinis, ualet profeſsio: & pactum reicitur. Iaſo.in Authen.ingreſsi num.37.C.de ſacro. ſanc.æccle.communem dicit.

16 ¶ Pactum de non expellendo colonum eccleſię, operatur quod non poſsit ſtatim expelli: infra bié nium . Iaſo.in l.qui rem num.13.C.de ſacro.ſanc. ecele.communem dicit .

17 ¶ Pactum,& preſcriptio a pari procedunt. Balbus de preſc.in 5.par.5.par.q.6. cõmunem dicit . Et uid.in uer.preſcriptio .

18 ¶ Papa , uel Imperator ſi aliquid concedant ſemper intelligitur ſine preiuditio alterius per Decium in cap.dudum nu.10.de decim. communem dicit .

19 ¶ Papa poteſt expedire ardua ſine conſenſu cardinalium . Barba.conſi.1.uol.1. cõmunem dicit .

20 ¶ Papa non inuoluitur crimine ſimoniæ : Feli. in cap.ex parte de off.dele.numer. 2. communem dicit .

21 ¶ Papa de plenitudine poteſtatis poteſt cõmittere ſuſpecto ſine facultate recuſandi : Panor. in cap.adhoc de reſt.in fi.communem dicit .

22 ¶ Amplia , quia poteſt committere cauſam appellationis iudici a quo eſt appellatum . Anto.de trem. in addi.ad bonac. in practi.excepti. in rub. quæ contra reſcriptum numer.8. in uer. libellum communem dicit .

23 ¶ Papa poteſt dare facultatem teſtandi de bonis intuitu eccle.acquiſitis.Deci.conſ.157.Io.duran. in arte teſtan.cau. 3. tit. 3. numer. 1. communem dicit

24 ¶ Papa poteſt diſpenſare contra ius humanum etiam ab Apoſtolis tradditum , ut per concilium generale promulgatum;Coua.in epi.4.cap.6.§.9. numer.6.communem dicit . ex gloſ.in cap.propoſuit de conceſ.preben.

Papa

25 ¶ Papa poteſt diſpenſare in matrimonio nondũ carnali copula conſumato. Coua. in epi. 4. cap. 7. §. 4. num. 13. communem dicit: ſecundum canoniſtas Teologi autem tenent contrarium. Immo ꝙ non poteſt diſpenſare & dicit communem theologorum. Coua. ibi num. 14. & ipſe reſidet cum iſta ultima communi quippe quæ fuit opinio Panor. in cap. ex publico de conuer. coniuga. Curt. iuni. in conſi. 170. nu. 1. dicit quod ex cauſa poteſt diſpenſare: ſine cauſa autem non, & dicit communem, & cum hac poteſt concordare opiniones contrarias.

26 ¶ Papa non poteſt diſpenſare cum exiſtenti in ordine ſacro ex maxima cauſa. Hiero. cagno. in l. actus legitimi numer. 8. ff. de re. iur. communem dicit.

27 ¶ Papa non cenſetur diſpenſare etſi diſsimulet, niſi ipſe ſcribat quod diſsimulet. Coua. in epi. 4. cap. 6. §. 9. nu. 15. communem dicit ex Feli. in cap. 1. de tregua. & pace.

28 ¶ Participans in crimine criminoſo cum excõmunicato, eſt excommunicatus ex ſententia canonis. Car. in cap. nuper de ſententia excom. communem dicit.

29 ¶ Pater etiam per iudicem ſecularem poteſt cõpelli preſtare alimenta filio ſpurio. Alci. in rub. de uer. obli. ff. num. 2. communem dicit. ex Soci. conſi. 161. uol. 1. & ſic errat Areti. in conſi. 48. dicens glo. in ca. cum haberet de eo qui duxit in matri. ſolum excitaſſe iudicem eccleſiaſticum.
Et nota dictum ſatis notabile Bal. in authen. niſi rogati. C. ad trebel. quod filius ſpiritualis ex baptiſmo poteſt compellere in ſubſidiũ patrem ſpi-

ritualem ad preſtandum ei alimenta.

★§ De iure regio poteſt relinquere ei quintam partem bonorum etiam ſtantibus legitimis l.9.in ordi.tau.

30 ¶ Fallit, ſi filius poteſt aliunde alimenta comparare ſibi. Cur.iuni.148. nu.1. communem dicit.

★§ Concor.cum l.6.ti.19.par.4.

31 ¶ Pater poteſt prohibere filium alienare legitimam uſque ad certam ætatem Boe.dec.87.num.6 communem dicit.

★§ Nota iſtam communem ad notata per docto. in l.27.tau.ubi omnes concludunt per patrem non poſſe poni grauamen aliquod legitimæ. Et uide Boe.in d.deciſ.87

32 ¶ Pater habens iuriſditionem mixtam cum alijs rebus diuidendis inter filios, poteſt eligere unum ad iuriſditionem exercendam. Io. duran. in arte teſtan.ti.1.cau.8.nu.5.communem dicit.

33 ¶ Pater non poteſt tollere etiam ex ſua ſtipulatione ius quæſitum filio, nec minuere. Iaſ. conſ. 113.uol.1. Ioan.duran.ibi tit.1.cau.8.numer.2. communem dicit.

34 ¶ Amplia, quia pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſsionem delatam filio non ſolum in aduenticijs: ſed nec etiam in profecticijs. Iaſo.in l. emancipatus num.1.C.de repu.bono.poſſe.communem dicit.

35 ¶ Pater poteſt relinquere filiæ pro dote, uel ſua legitima certam rem: & ualet teſtamentum. Alexan.& Decius in l.humanitatis.C. de impub. & alijs ſubſti.Io.duran.in arte teſtan.ti.5.cau.20. communm dicit.

36 ¶ Nota quod ſufficit patri inſtituere filiam in ſo-

la dote. Guil.Bene.in repet.ca.rainuntius in uer. alteroche filiæ nu.11.de teſta.communem dicit.

37 ¶ Pater pōt adire hæreditatē filio familiàs inſti tuto repudiante. Ant.de tremo.in addi.ad bonac. in rub.qui.mo.ciui.numer. 18. uerſi. pro mortuis reputantur, communem dicit.

38 ¶ Pater cenſetur ſtipulari filijs, ut hæredibus in dubio. Alci.de preſump.reg.3.preſ.32. numer.7. communem dicit.

39 ¶ Pater in codicillo non poteſt directum pupillarem facere: ſed per fidei commiſſum ſubſtinere poteſt. & ſui hæredes poſſunt deducere legitimā niſi eis rogetur ut reſtituant. Iaſ.in l.ex tribus.C. de inoffi.teſtam.Ioan. duran.in arte teſtan. tit.5. cau.34. Et in dubio uidet̄ inuictum fidei commiſſum non filijs, ſed hæredibus Iaſo.conſi.99.uol.2. communem dicit.

40 ¶ Nota quod pater non poteſt grauare impuberem per fidei commiſſum: quod poteſt facere in perſonam ſubſtituti pupillaris. Iaſo. in l. arrogator num.28.ff.de. adopti. communem dicit.

41 ¶ Pater obligatur naturaliter in donatione facta per eum filio. Io.Cora. in l. frater a fratre. §. queſitum numer.46.ff.de condi.inde. communem dicit.

42 ¶ Pater ex mutuo filij acquirit obligationem naturalem. Io. Cora. ibi num.28. & non acquiritur filio num.37. communem dicit.

43 ¶ Pater ſi ingrediatur monaſterium: filij efficiuntur ſui iuris. Iaſon in l. patre furioſo numer. 45. ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris.cōmunem dicit.

44 ¶ Pater qui adulteros poteſt occidere: poteſt committere filio. Coua.in epi.4.cap.6.§.7.nu.5.

 commu-

communem dicit. ex Tiraquel.de reſo.dona.C.in l.ſi unquam in princ.nu.16.

45 ¶ Pater diſsipās bona anteaquā interdicat admi niſtratio: poteſt pupillariter ſubſtituere filium.Iaſo.in l.is cui bonis.ff.de uer.oblig.magis communem dicit. & Segu.in l.imperator num.110.ff.ad trebell.

*§ Cum etiam poteſt facere teſtamentum l.13.tit.1.par.6.

46 ¶ Pater filio non acceptāte hæreditatem, excludit ſubſtitutum vulgarem. Iaſo. in l. cùm propoñas num.12.C. de hære. inſti. communem dicit. ex Ripa in l.hæredes nu.142.ff.de libe. & poſthu.

47 ¶ Limita in filio inſtituto non contemplatione patris ut in inſtitutiōe matris.& ſubſtitutus alius coniunctus. Iaſo.ibi num.15. communem dicit.

48 ¶ Pater non poteſt eligere ſepulturam filio impuberi, Guill.bene.in repet.cap.rainuntius de teſta.uerſi ſi abſque liberis moreretur el.2.§.ſecunda ſubſtitutio num.3.communem dicit.

49 ¶ Pater adminiſtrator bonorum filij poteſt alienare mobilia ſine decreto iudicis. Iaſo. in l. præſens de tranſacti.C.nu.5.communem dicit. & eſt Azonis in ſumma.C.de bonis libe. uerſi. ne puto quod in alienatione mobilium.

50 ¶ Pater habens adminiſtrationem bonorum filij tanquam tutor, non poteſt conſtituere procuratorem in iuditio poſt litem conteſtatam per filiū. Iaſ.in l.præſens.C.de tranſacti nu.3.communem dicit, ex Bal.in l.1.C.de bon.mater.

51 ¶ Patris priuilegium habentis duodecim filios, durat etiam ſi filij moriantur.Alci.in trac.preſum.re.2.preſum.21.communem dicit.

52 ¶ Patria poteſtas non diſſoluitur per ordinem ſacrum: niſi ſit ordo epiſcopalis, Iaſo. in l. patre furioſo num.5.ff.de his qui ſunt ſui uel alie. iuris. communem dicit.

*§ Concor. cum l.14.ti.19.par.4.ubi dicit quod p ſolam electionem liberatur a patria poteſtate.

53 ¶ Patria poteſtas non perditur per expoſitionẽ factam de filio. Anto.de trem.in addi. ad bonac. in practi.excepti.in rub.qui. mo. ciui num.13. in uer.lex ſecunda licet ita,communem dicit.

54 ¶ Patronus uendens ius patronatus, & emens perdit illud,Prepo.in cap.qui ſtudet 1.q.1. communem dicit.

55 ¶ Pauper quis ſit relinquitur arbitrio iudicis: conſiderata qualitate perſonarum. Bello. conſi. 16.communem dicit ex Decio conſi.120.

*§ De iure regio quod adhoc quod non appellans intra tempus reſtituitur propter paupertatem dicit quod tunc dicatur pauper,quãdo non habet in bonis niſi uiginti marabetinos l. uigeſima tít. 23. par.3. Et nota iſtam communem ad intel.l.14.ti. 2.li.3.ordi. Et de ualore marabetinorum. uide Coua.in ſuis reſo.cap.11.li.1.num.4.& Otal.de nobilitate Hyſpa. par 2.cap.4.numer.11.cum ſequẽ.

56 ¶ Pax prodeſt abſenti etiam in foro iuditiali, Fran.de are. in l. ſtipulationum.§.cato in fi.ff. de uerb.obli.communem dicit.

57 ¶ Peccatum detectum in confeſsione de licentia penitentis poteſt publicari: etiam ſi poſtea nõ ſit ratificatum. Feli.in cap.Matheus de ſimo. communem dicit.

58 ¶ Pecunia ſimpliciter traddita, preſumitur mutuata. Alex.in l.cũ quid.ff.ſi cer.peta.cõem dicit.

Pecunia

59 ¶ Pecunia deſtinata ad emendam aliquam rem immobilem, computatur inter mobilia, Boe. deci.209.num.1.communem dicit.

60 ¶ Pecunia ſolus princeps mutat ſine conſenſu populi, Boe.dec.227.num.7. communem dicit.

61 ¶ Pæna quæ debetur ratione delicti commiſsi: pertinet ad primum iudicem ſeu primarium non ad ſecundum. Boe.dec.5.nu.2.communem dicit.

62 ¶ Pæna appoſita ex diſpoſitione hominis non acquirit illi cuius cõtemplatione eſt appoſita ſed uenientibus ab inteſtato. Io.Nico.in l.generaliter nu.48.de ſecun.nupti.C. communem dicit.

63 ¶ Pæna à lege,uel canone arrogata ipſo iure efficit quod poſt mortem hęredes tenentur ad illam ſoluendam, & conueniri poſſunt. Coua. in epi. 4.cap.6.§.8.communem dicit.

64 ¶ Amplia ad fructus rei qui ipſo iure perduntur a die commiſsi delicti. Idem ibi nume.7. communem dicit.

65 ¶ Limita quo ad forum conſcientiæ, in quo de his pænis non curatur niſi pętantur. Idem ibi nu. 10.communem dicit.

66 ¶ Amplia iſtam limitationem ad damnum, ad ꝙ quis tenetur ex culpa leui, uel leuiſsima: quia in foro conſcientiæ non tenentur. Idem ibi nu. 12. communem dicit.

67 ¶ Reſtringe iſtam limit.quando culpa eſt in faciendo. idem ibi nu.13.per gl.in l. Cornelia.ff.ad ſil.& in l.ſi mora.ff.ſolu.matrimonio communem dicit.

68 ¶ Pæna inceſtarum nuptiarum non incurritur. a contrahentibus ignorantia facti inductis. Bal. nouel.de dote.par.11.col.8.cõmunem dicit quē refert

referet. Coua.in epi.4.cap.6.§.8.numer.22.

69 ¶ Pœna,ſi apponatur in actu qui eſt contra legē: non tenet. ſecus tamen,ſi præter legem. Iaſo. in l.non dubium.ff.de legi.nu.59.commuuem dicit.

70 ¶ Pœna,ſi apponatur in matrimonio à conſanguineis, uel amicis: non ualet: ſecus tamen,ſi ab extraneis.Panor.in cap.gemma deſponſ.communem dicit.

*§ Arra tamen poteſt preſtari l.1.ti.11.par.4.quam intellige. quando arra ab altero tātum promittitur. Iaſo.in l.titiā.ff.de uerb. oblig. communem dicit. licet non placeat Coua.in epi.4.cap.3.§.7. nu.7.& uide in.uerbo arra.

71 ¶ Nota quod pœna quæ imponit per ſtatutum filijs contrahentibus matrimonium ſine licentia parentum reicitur: & ualet matrimonium, & non ſtatutum. Decius in l.nuptias.ff.de re. iu. numer. 8.communem dicit.

72 ¶ Periculum rei uenditæ quæ conſiſtit in menſura ſub conditione, quod menſuretur ſpettat ad uendentem ante menſuram. Curt.iuni.conſ.74. num.17.communem dicit.

*§ Concor.cum l.24.ti.5.par.5. Et uide Mathe. de affficti.in deci.399.per totum.

73 ¶ Permutatio,uel uenditio perpenditur ex maioritate pretij,uel rei:nam ſi res pluris extimationis eſt: erit uenditio. ſin autem, permutatio. Coua.in ſuis reſo. li. 2. cap. 4. numer. 9.communem dicit.

*§ Concor.cum l.2.ti.16.par.5.

74 ¶. Permutatio benefitij quod eſt de iure patronatus: ſi fiat irrequiſitis patronis non eſt ipſo iure nulla, Roc.in uer.honorificum num.8.q.3. communem

munem dicit. ſed intellige prout eſt concluſum in meo compedio iuris patronatus.§. 14. numer. 14. cum ſequen.

75 ¶ Periurus non eſt priuatus beneficio: ſed uenit priuandus. Ripa in cap. 2. de reſ. num. 13. commũnem dicit. ſi tamen inſtituatur: non ualet inſtitutio ipſo iure. quia eſt infamis ipſo iure Lamb. de iur. patro. par. 1. li. 2. q. 9. ar. 15. communem dicit. cum eſt periurus. quia contrauenit contractui iurato per illum factum. ut per d. Lamb. ubi etiam communem dicit.

76 ¶ Perſonæ digniores quæ dicantur relinquitur arbitrio iudicis. Deci. in cap. ſedes numer. 7. de reſt. communem dicit.

77 ¶ Petitorium, & poſſeſſorium adipiſcendi poſſunt commulari Io. Cora. in l. naturaliter.§. nihil commune uerſi. explicitis num. 19. regula 11. ff. de acqui. poſſe. communem dicit.

78 ¶ Nota quod poſſeſſoria omnia concurrunt cũ petitorio: excepto poſſeſſorio retinendæ: ratione contrarietatis. Iaſo. in d.§. nihil commune nu. 97. communem dicit. Io. a Ripa in li. de reſ. cap. 7. numer. 2.

79 ¶ Fallit niſi intentetur poſſeſſorium retinendæ: reſpectu diuerſæ poſſesſionis. Iaſo. ibi nume. 98. communem dicit: ubi uide diſtinctionem & intellectum.

80 ¶ Petitorium poteſt ſuſpendere reus intentans poſſeſſorium poſt litem conteſtatam. Io. de Ripa in l. naturaliter.§. nihil commune nume. 161. ff. de acqui. poſſe. communem dicit. ex tex. in cle. 1. de cau. poſſe. & propriet. contrariam immo quod nõ poſsit, tenent legiſtæ teſte: Alexand. in d.§. nihil

commune

commune num.85.& Iaſo.num.137.communem dicunt. & dicunt priorem procedere in beneficialibus: poſteriorem in alijs cauſis. Coua.in reſo.li.1.cap.16.uidetur diſtinguere aut eſt ortum poſſeſſorium poſt litem conteſtatam: & procedit prior opinio, aut eſt ante litem conteſtatam, & procedit poſterior. Cora.in d.§.numer. 32. dicit communem eſſe opinionem per poſſeſſorium de nouo ortum poſt litem conteſtatam nō ſuſpendi poſſeſſorium. ſed in utroque proceditur, Otalora.autem in trac.de nobilitate Hiſpaniæ par.3.ca.5.col.3.ex mente Ripę in d.§.nihil commune nu. 154.& ex Iaſo.poſt Alexan.in l. 1. de carbo. ædicto dicit magis communem opinionem eſſe quod poſſeſſorium non ſuſpendit petitorium poſt litem conteſtatam: niſi in odium actoris ſpoliatoris: quia contra eum ſuſpenditur: licet non contra alium, quod nota.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.5.tit.10.& l. 28.ti.2.par.3.& l.18.ti.2.par.7.& l.3.ti.10.lib.2. fo.ll.

81 ¶ Populi etiam ſubditi alterius imperio poſſunt facere ſtatuta. Alci.in.c.quòd ſedem nu.59.ex.de offi.ordi.communem dicit.

82 ¶ Pignus datum inſolutum à iudice creditori, cenſetur datum pro lato credito etſi quid minus ualeat datum tamen ſimpliciter creditore non cōtradicente. Anto.de fano de pign.in 2.par.3.par. nu.36.mem.2.communem dicit.

83 ¶ Pignus ſi detur pro tanto pretio quòd non ſit ſpes luitionis: potius dicitur alienatio quam pignoratio.Soci.in.l.i.§.per ſeruum.ff.de acquiren. poſſeſ.communem dicit quem refert Fanus.in 3.

par.

par.mem.3.nu.10.communem dicit.

84 ¶ Pignus conuentionale non poteſt uendi niſi poſt biennium à tempore moræ, Iaſo.in.l.debitoribus.nu.4.ff.de re.iudi.communem dicit.

85 ¶ Pignus licet ſolo cõſenſu videatur remiſſum: quando non eſt ſequuta tradditio: tamen ſi eſt ſequuta, ſolo conſenſu abſque traditione nõ remittitur. Idem Fanus in.6.par.mem.3.num.75.communem dicit.

86 ¶ Pignus etiã pro executione debet uendi poſt duos menſes computatiuos poſt quattuor menſes qui dantur iudicatis. Ad ſoluendum.Iaſo.in.l.a diuo pio.§.in uenditione.nu.15. de re iudi.ff. communem dicit.

87 ¶ Pignoratus æquus preſumitur ſumptibus creditoris alimentatus.Alci.de preſum.re.1.preſum.50.in fi.communem dicit.

88 ¶ Poſſeſsio eſt duplex ciuilis, uel naturalis. Anto.Nice.in concor.gloſ.concor.69.& Cora.in.§ nihil commune nu.6.ff.de acqui. poſſe. communẽ dicunt & Ripa in l.1.ff.de acquir. poſſe. nu.28.

89 ¶ Poſſeſsio ciuilis eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri actum producere ciuiles effectus Cur.iuni.conſi.127.num.2. communem dicit. & Coua.in repe.reg.poſſeſſor de reg.iu.li.6. par.2. nu.3.ex Bar.in d.l.1.de acqui.poſſe.

90 ¶ Poſſeſsio ciuilis poteſt acquiri à principio ſine naturali. Iaſo.in l.clam poſsidere.§.qui nundinas.ff.de acquir.poſſe.numer.37.magis communem dicit.

91 ¶ Nota quod poſsidens ciuiliter de uoluntate poſsidentis a quo cauſam habet propria authoritate poteſt naturalem accipere Curt. iuni. conſi.

127.

127.numer.3.communem dicit.

92 ¶ Amplia iſtam cõmunem etiam ad naturalem, & intellige ambas quando illa quæ intenditur acquiri eſt vacua, Anto. gome. in l.45. tau.num.43. communem dicit. Ex glo.in d.l. clam. poſsidere.

93 ¶ Amplia, quia etiam poteſt propria authoritate expellere occupatorem reſiſtentem, Iaſo. in d. §.qui nundinas nu.24. ff.de acqui. poſſe. communem dicit.

94 ¶ Poſſesſio tam ciuilis quàm naturalis, Si ſit occupata de voluntate posſidentis: transfertur. Idē Anto.in d.num.34.communem dicit. ex gloſ. in l.& habet.§.fi.uol.2.& placet.ff.de preca.46.

§* 95 ¶ Item iudex poteſt mittere in poſſeſsionem unius ſpeciei. Idem Gome. in d.l.45.numer. 44. communem dicit. ex gloſ.in l.2.C.ubi in rē actio.

96 ¶ Poſſeſsio ciuilis retinetur per poſsidentem ciuiliter, ac naturaliter. etiam relinquens rem ſolā: ſi aliquis ingrediatur clandeſtine. Iaſo.ibi nu. 36. communem dicit.

97 ¶ Nota quod poſſeſſor clandeſtinus ui poſsidet, ſiue expellit poſsidentem: ſiue poſsidens non ſit auſus ingredi poſſeſsionem, uel ſuſpicans ui poſſe expelli. Idem ibi nu.34. communem dicit.

98 ¶ Reſtringe iſtud notabile quò ad timorem poſſeſsionis non tamen quò ad timorē capturæ: quia per iſtum timorem non perditur. Iaſo.In l.poſsideri.§.admittendi nu.5.ff. de acquir. poſſe. communem dicit.

¶ Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeſſionem clandeſtinè, & ciuilem uiolenter. Iaſ. ibi num.47.communem dicit.

99 ¶ Poſſeſsio eſt iuris non facti. Ioan.Cora.in §.

nihil

nihil commune numer.3.ff.de acquir.poſſe.& Petr.Raue.in alpha.aure.in uerbo poſſeſsio communem dicunt. ſed intellige, ut per Iaſo.in l.1.ff.de acqui.poſſe.& in l.1.ff.de uſufructu.num.71.quod in apprehenſione eſt facti: & poſtea eſt iuris. & dicit communem. ex qua communi infertur quod ſi Romanus pontifex dat delegatum ut cognoſcat de iure alicuius,delegatus poteſt cognoſcere de poſſeſsione, Coua.in cap.poſſeſſor num.3.par.2. uerſi.ab hac diffinitione de reg.iu.li.6. communẽ dicit ex Inno.in c.epiſcopi de reb.eccle. pro qua eſt tex.in l.peregrè.ff.de acqui.poſſe.& cap.dilecto.de uerb.ſigni.

100 ¶ Poſſeſsio acquiritur animo, & corpore: & ammittitur ſolo animo. Mainer. in l.ferę nu. 5. de re.iu.ff.communem dicunt.

101 ¶ Intellige iſtam communem apprehenſione manuum in rebus mobilibus: & immobilibus ꝑ pedum poſitionem. Anto. gome.in l.45.tau.nu. 34.in fi.communem dicit ex Paul.de caſtro in l.1 de acqui.poſſe.ff.& l.3.eo.ti.

102 ¶ Intellige ſecundo,iſtam communem non ſolum per actum uerum,ſed etiam per actum fictum ut per uiſum etiã ſi res diſtet per decem milliaria. Anto.gomez.in d.l.45.num.45.ex glo.in l.1.ff. de acquir.poſſe.communem dicit.

103 ¶ Reſtringe iſtam intelligentiam duobus concurrentibus,uoluntate poſsidentis cum actu,uiſu in conſpectu rei.Idem. Anto.gome.ibidem communem dicit ex Bart. in d.l.1.§.quod inferit.

104 ¶ Nota in iſta materia, quod ſicut dominium transfertur ſolo animo traddentis: ſic etiam poſſeſsio transfertur ſolo animo poſsidentis. Iaſ: in l.poſſeſ-

l.poſſeſsio appellata.§. per procuratorem nu. 9. ff.de acquir.poſſe.communem dicit.

105 ¶ Reſtringe iſtam communem ſecundo,ad poſſeſsionem de nouo acquirendam: nam ſi acquiſita fuit & perdita quam primo uenit in aſpectu illius acquiritur. Idem Anto.ibi communem dicit ex glo.in d.l.1.

106 ¶ Nota quod poſſeſsio rei quę in nullius bonis eſt: non acquiritur per uiſum ſine apprehenſione. Idem Anto.nu.47.communem dicit ex l.3.& docto.de acquir.poſſe.ff.§.neratius.

*§ Concordat cum iſta commini l.20. ti.28.par.3. reproba.l.16.ti.14.li.3.fo.ll.

107 ¶ Amplia iſtam communem etiam ſi dicatur ꝑ ſtatutum quod ſit inuentori. Idem ibi communē dicit ex Bart.in d.l.1.

108 ¶ Nota quod ſi iudex, uel executor etiam ſi nō poſsideant: ſi per impetum latronum, uel potentiam aduerſarij non poteſt traddere ueram poſſeſſionem: poteſt illam traddere per aſpectum; & poſſeſsio acquiritur. Idem Anto.in nu.54.& Tiraquel.de conſtituto in 3.par.li.17.numer.8. commune dicũt ex Anca.in c. cõtigit de dolo & cont.

109 ¶ Nota etiam generaliter quod ſi dolo, uel ui aduerſarij non poteſt deueniri ad conſpectum rei poteſt traddi poſſeſsio etiam abſēte re Tiraquel. ibi num.9.communem dicit.

110 ¶ Nota quod poſſeſsio etiam acquiritur per tradditionem ſcripturæ dominij antiqui rei uenditæ, non tamen per contractum uenditionis, uel translationis quæ de nouo conficitur. Anto.in d.l. 45.tau.nu.57. communem dicit ex Petro. Cano. & Bal.in l.1.C.de dona.quod etiam eſt Bart.in l.

licet. & Alexand. in l. poſsideri de acquir. poſſe. ff.

111 ¶ Amplia iſtam communem primo, ſiue res ſit pręſens: ſiue abſens. Idem Anto. nu. 58. communẽ dicit ex Io. de Imol. in c. 2. de conſue.

112 ¶ Amplia ſecundo, ad uenditionem uel donationem inſtrumenti rei. Idem ibi num. 59. commu nem dicit ex docto. in ca. penul. vt lite penden. & l. 1. C. de dona.

§ De iure regio per tradditionem inſtrumenti de nouo confecti poſſeſsio transfertur. l. 8. ti. 30. par. 3. & l. 2. ti. 12. li. 3. fo. ll. & l. 17. tau. & 44.

113 ¶ No. quòd etiam poſſeſsio transfertur per tra ditionem clauium. l. clauibus. ff. de contrah. empt. ſi tradditio clauium fiat in conſpectu rei. Anto. go mez in d. l. 45. nu. 60. communem dicit. ex Bart. in l. 1. q. 4. de acquir. poſſeſ. contrarium affirmat Tiraquel. de iure conſtit. par. 2. ampli. 3. immo quòd non ſit neceſſaria præſentia rei.

114 ¶ Item acquiritur per reſeruationem. Vſufructus factam per uendentem, uel donantem. Idem Anto. Gomez. in d. l. 45. numer. 63. communem dicit ex l. quiſquis. C. de donati. & Bal. in rub. de procur. quando reſeruans habeat plenum ius ex gloſ. in l. quamuis. ff. de acqui. poſſe. nón tamen reſeruat proprietatem quia requiritur tradditio ex Roma. Aret. & Alexand. in l. 3. ff. de acquir. poſſeſ.

115 ¶ Item acquiritur per reconductionem factam per hæredem inquilino ſine apprehenſione. Idem ibi numer. 67. communem dicit ex gloſ. in l. qui uniuerſas. §. per colonem. ff. de acqui. poſſe.

116 ¶ Item acquiritur poſſeſsio ſine tradditione: ſi res quam ego detinebam: fuit mihi uendita, uel donata.

donata. Idem Anto.nu. 69. communem dicit ex glo.in cap.interdum infi.de re.diuiſi.

* § Concor.cum iſta communi l.46.ti.28.par.3. Et nota communes ſequentes ad illius ampliationē, & limitationem.

117 ¶ Amplia primo, iſtam cōmunem etiam ſi res ſit in abſentia acquirentis. Idem Anto.nu.70.cōmunem dicit ex. Albe. Ange.& Paul. in l. certi conditio.§.fi.ff.ſi cer.peta.

118 ¶ Amplia,ſecundo, ſi res illa non ſit detenta de uoluntate domini. Idem Anto.num.71. communem dicit ex Bar.& Pau.& Cuma.in l.non ſolum §.quod vulgo.ff.de uſu.

119 ¶ Reſtringe dictam communem & ampliationes cl l. regni ſi dominus ſciret per emptorem, uel donatarium rem detineri aliàs ſecus. Idem Anto.in nu.71.communem dicit ex gloſ.in l. quaedam mulier.ff.de rei uendi.poſſeſsio etiam acquiritur ſine apprehenſione: ſi cuſtos ponatur in re. Ant.in nu.74.communem dicit ex Albe. & Paul. in l.quarundam rerum.ff.de acquir.poſſe.

120 ¶ Item acquiritur poſſeſsio ex ſignatione rei. Idem Anto.num.76.communem dicit ex gloſ. in l.quod ſi nequam in fi.ff. peri.& commo.rei uen.

121 ¶ Item poſſeſsio ciuilis, & naturalis transfertur ex clauſula conſtituti ſi conſtituens poſsideat utramque, Anto.ibi num.78. communem dicit ex Bart.in l.quod meo.ff.de acquir.poſſe.

122 ¶ Intellige iſtam communem quādo poſſeſsio nem acquirit, uel poſtea. ratum habet. Idem Anto.nu.82. ex Panor. in c.cum ueniſſent de reſti.ſpolij. & Tiraquel.de conſti.par.3.limit. 1.nu. 2. in fin.

123 ¶ Amplia primo, dictam communem etiã quò ad ueram poſſeſsionem, & non fictam. Tiraquel. de conſti.par.2.ampli.1.in fi.communem dicit.

124 ¶ Amplia primo, iſtã ampliationem ad omnes modos acquirendi poſſeſsionem per actum fictũ. Anto.in d.l.45.tau.num.92. communem dicit ex Barto. & Angel.in l.certe.§.1.de preca.ff.

•§ Nota iſtam communem ad ampliationem d.l.45 tau & l.17.in dicta ordi.de donatione, & melioratione facta per patrem filio quod ſi eſt tradditã poſſeſsio non poteſt reuocari.

125 ¶ Amplia ſecundo, dictam ampliationem ad introducendam preſcriptionem: quia preſcriptio etiam procedit ex poſſeſsione translata miniſterio iuris. Coua. in repe.ca.poſſeſſor de re.iur.li. 6.§.1.num.5.communem dicit. ex gloſ.& docto. in cap.contingit de do.& concor. Roma.ſin.410.

126 ¶ Amplia ſecundo, communem ad procuratorem quia per eum acquiritur per dictam clauſulã conſtituti poſſeſsio. Idem Anto.num.91.communem dicit. & Tiraquel.de conſti.par.2. ampli.25 num.15.communiorem dicit ex Iaſo.in l. is qui. pro emptore nu.38.ff.de uſu.

127 ¶ Amplia tertio, etiam ſi res non ſit preſens Tiraquel.ibi par.3.li.2.num.1.communem dicit.

128 ¶ Reſtringe iſtam amplia. in poſſeſsione quæ habet plurimum iuris, & minimum facti: ut in poſſeſsiõe eſt quæ nobis ignorãtibus acquiritur, non ex cauſa peculiari per filium, uel per ſeruum. quæ non cauſam uſucapionibus. Coua.ibi nu. 6. communem dicit. ex gloſ.in l.1.§. item acquirimus.ff.de acquir.poſſe.& Iaſo.nu.39.

129 ¶ Reſtringe dictas communes quo ad principa les:

les: ſecus tamen, in alijs: & ſic tutor uendens ré minoris, non poteſt tamen ſe conſtituere poſsidere nomine alterius, nec transfert poſſeſsionem. Idem Anto.num.88.communem dicit ex Bar. in l.1.ff.de acqui.poſſe.

130 ¶ Amplia iſtam reſtrictionem ad poſſeſsioné: quæ acquiritur captis per filium, aut ſeruum: quia per poſt liminium ea quę ſunt iuris, non tamen facti redeunt. Idem ibi uerſi.hinc planè communem dicit ex Iaſo.num.36.poſt Bar.& gloſ. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſuca.

131 ¶ Amplia iſtam reſtrictionem ad procuratoré: quoniam licet habeat mandatum ad uendendum non tamen ſe poteſt conſtituere poſsidere nomine emptoris. Tiraquel.de conſti.par.3.lib.13.nu. 6.communem dicit.

132 ¶ Nota, quod ſi duobus res uendatur: & primo transferatur poſſeſsio per conſtitutum, & ſecundo uerè traddatur ſubſtinetur prior Tiraquel. de conſti.par.1.nu.23. communem dicit.

133 ¶ Intellige iſtam communem, ſi conſtituatur poſsidere per ſimplicem conſtitutum: ſecus tamé, ſi per precarium: quia alteri traddendo, uerè, preualet uera tradditio ſecunda. Tiraquel. ibi par.1 nu.14.communem dicit. ex gloſ.in l.interdum.ff de acqui. poſſe.

134 ¶ Limita ſecundo, communem in conſtituto appoſito in minus ualido, uel inutili contractu Tiraquel.de conſti.fol.7.num.4. communem dicit.

135 ¶ Reſtringe iſtam limitationem: quando contractus licet a principio ſit in ualidus, tamen habet actum ſucceſsiuum in quo poſsit ualidari, ut in donatione inter uirum & uxorem quæ confir-

matur morte . Anto.gome.in d.l.45.tau.

136 ¶ Obligatio ſi fiat generalis omnium bonorum cum clauſula conſtituti,ſi res quæpiam per conſtituentem alienetur:poteſt agi per conſtitutariũ contra tertium non excluſo principali, Tiraquel. ibi nu.57. & 64. communem dicit ex Cuma.in.l. legibus.ff.de acqui.poſſe.

137 ¶ Nota quòd licet conſtitutus ſimpliciter non poſsit ſubuertere poſſeſsionem conſtituarii de omnibus ſuis bonis : ſi re uera traddat alteri rem quempiam ex illis bonis transfert uſu capiendi conditionem & dominium in illum tertium:quale erit apud debitorem, Tiraquel.ibi.par.3 .li.14. nu.10.communem dicit . ex Bar.in.l.celſus.ff. de vſucap.

138 ¶ Item nota quod conſtitutum non ſolum operatur in obligatione generali omnium bonorum circa præſentia: ſed etiam quo ad futura bona Tiraquel. ibi par.3 .limi.30.nu.12.communem dicit ex Bar.in.l.vlt.C.quæres pigno.obli. poſsit.

139 ¶ Nota quod ſi vendens ſe conſtituat poſsidere nomine emptoris: ſi diſtrahatur uenditio:opus eſt ut interueniat etiam conſtitutũ,Anto. Gome. in.d.l.45 .nu.8.communem dicit ex Bald.in.l.i.C. quando liceat ab empti.diſced.

140 ¶ Item acquiritur poſſeſsio per denuntiationẽ noui operis:ſi denunciator poſsideat:& fiat denũtiatio in præſentia rei & ſtatim transfertur in aliũ contra quem fit denuntiatio , Ant. Gome. in.d.l. nu.3.cõmunem dicit . ex docto.in.l.1 .§.in operis de no.ope.ff.

141 ¶ Item per ſtatutum acquiritur poſſeſsio ſine tradditione per hæredem.Tiraqu.in trac.le mort

ſaiſit

ſaiſit le uif.decla.6.nu.6.in præfat.communem dicit. ex Iaſo. qui generaliter in.l.i.omnia dele.nu. 7.dicit quod per ſtatutum poteſt introduci quòd poſſeſsio transferatur ſine apprehenſione communem dicit.

142 ¶ No.quod interdictum recuperandæ non datur fictè poſsidenti, uidelicet per ſtatutum diſponens quod poſſeſsio trâsferatur in hæredem.Alexan.in.l.in ſuis nu.9.ff.de liber.& poſthu. & Alci. in trac.de preſum.par.3.nu.6.in fi.quos refert cũ alijs Tiraque.in trac.le mort.ſaiſit le.uif.in 6.par. decla.4.num.2.in fi.& noſter Coua.in reſo.li.3. c. 5.nu.6.in uer.ſic & interdicto recuperandæ communem dicunt. ipſi tamen Tiraquel.& Coua.tenent contrarium.& dicunt ueriorem contrariam: cum ueram poſſeſsionem habent de quo per ipſũ met. Tiraquel.de iure conſtituti. par.1.num.68. & in 2.par.ampli.11.quam opinionem in caſu hæredis approbat l.45.tau.

143 ¶ Item nota quod ſi bona ſunt poſſeſſa ab alio de uoluntate domini traddentis transfertur per iſtos actus fictos ſine apprehenſione: ſi tamen poſſeſsio ſit uacua: requiritur apprehenſio uera. Iaſ. in l.poſſeſsio appellata num.86.de acquir. poſſeſ. communem dicit.

Nota, quòd per apprehenſionem unius fundi, uel partis fundi intelligitur apprehenſa poſſeſsio aliorum fundorum eiuſdem. qualitatis,& naturę, Anto.gome.in d.l.45.tau. nume.39. communem dicit ex glo.in l.3.ff.de acquir. poſſe.

144 ¶ Poſſeſsio acquiritur ex ſola ratione traddentis etiam ſi acquirens ſit incertus ratione loci, & quotę. Idem ibi num.96.conclu.4.communem di

cit. ex Pau.& Imol.in d.l.3.§.incertam.

145 ¶ Poſſeſsio acquiritur per infantem quinquennalem cum authoritate tutoris ſi tamen ſit trium, uel duorum annorum, qui fari non poteſt non acquiritur etiam cum authoritate tutoris: ſed tutor ſolus ſic acquirit. Iaſo.in l.poſſeſsio.appellata.§.adipiſcimur numer.17.ff.de acquir.poſſe. communem dicit.

146 ¶ Fallit, in poſſeſsione uiolenta ex iuſſu tutoris: quia non acquiritur etiam per ſeruum pupilli. Iaſo.ibi.§.item acquirimus numer.44.communem dicit.

147 ¶ Poſſeſsio acquiritur tertio, per ſeruum meũ uolente ſeruo,& tertio ratum habente. Iaſ.in d.l. poſſeſsio.§.hæc de ſeruis nu.6.communem dicit.

148 ¶ Poſſeſsio non acquiritur per ſeruum emptũ quouſque poſſeſsio ſerui apprehendatur, Iaſo. in d.l.a.poſſeſsio.§.ueteres nu.11.cõmunem dicit.

149 Poſſeſsio naturalis ſerui licet ſeruatur per fugam ſerui, non tamen ciuilis. Iaſ.in d.l.poſſeſsio. §.per ſeruum nu.3.communem dicit.

* §. Et in hoc caſu loquitur l.penul. in fi.ti.30.par.3.

150 ¶ Limita iſtam communem, ſi ſeruus diu ſe geſſit pro libero: quia tunc tam ciuilis. quam naturalis perditur. Idem ibi num.108.in fi. communem dicit ex docto.in d.l.3.§.ſi ſeruus.

151 ¶ Poſſeſsio probatur per receptionem mercedis etiam in preiuditium tertij tunc temporis nõ poſsidentis.Boe.dec.239.nu.5.communem dicit & ſic eſt intelligenda opinio. Bart.& docto. in l. quamuis.ff.de acquir.poſſe.communem dicit.

152 ¶ Item per dictum ruſticorum dicentium aliquem tenere & poſsidere.Deci. 215.cõem dicit.

Poſſeſsio

153 ¶ Poſſeſsio intermedia probatur probatis extremis. Panor.in cap.accidentibus de priui. etiã ad cauſandam preſcriptionem, Corſe.in ſingu. in uerbo poſſeſsio.el.2.communem dicit.

*§ Concor.cum l.10.ti.14 par.3.

154 ¶ Poſſeſsionem antiquiorem probans nonus poſſeſſor preſumitur clãdeſtinus, & inuaſor.Cur. iuni.conſi.165.nu.5.communem dicit.

155 ¶ Poſſeſsio transfertur in uoluntarium ſequeſtre: ſecus tamen, in neceſſarium.Io.Cora.in miſcel.li.3.cap.2.nu.3.communem dicit.

*§ De ſequeſtre neceſſario quod non poſsidet eſt l.11.ti.10.par.7.

156 ¶ Poſſeſsio retinetur in immobilibus quãdiu dominus eſt in ipſa re, uel habet eam in cõſpectu, uel ſi de facili poteſt eam intrare. Anto.gome. in d.l.45.num.101.communem dicit ex gloſ.in l.1.ff. de acquir.poſſe.

157 ¶ Poſſeſsio naturalis amittitur ſi poſsidens ſe abſentat longè ab ipſa re ex cauſa iuſta, ſiue iniuſta. Idem ibi nu.102.communem dicit ex Bar.in d.l.3.§.in admittenda.ff.de acquir.poſſe.

158 ¶ Poſſeſsio ciuilis non amittitur per abſentiã quandiu ueniens non reſiſtit, uel ſi ipſe animo deſijt poſsidere; uel ſuſpicatur ſe poſſe repelli, uel deuenit ad ſtatum res quę poſsideri nõ poteſt: ut per inundationem, uel alluuionem, uel per impetum lattonum, uel potentiam occupantis.idem ibi nu.102.communem dicit ex Paul. & Imol. & Cuma.& Alexan.in d.l. quod meo.§.fi. de acquirend.poſſeſ.

*§ Concor.cum l.penul.ti.30.par.3.

159 ¶ Poſſeſsio etiam ciuilis per longam abſentiã

 poſſeſſoris

poſſeſſoris ammittitur ſiue ab alio res poſsideatur, ſiue non. Idem ibi in uerſi. quarto modo, communem dicit ex glo. & Bar. in l. ſi id quod .ff. de acquiren. poſſe.

*§ De iure regio tam poſſeſsio ciuilis, quam naturalis perditur per annum, & diem alio poſsidente, ſciente poſſeſſore per l.1 .ti.11 .li.2 .fo.ll. & l.1 . ti.13 .li.3 .ordi. & ll.242 .& 192 .ſtili.cum bona fide & titulo tamen.

160 ¶ Poſſeſsio ciuilis eſt quæ cauſat preſcriptionem. idem ibi nu.105 .communem dicit ex Panor. in cap. uigilanti de preſcrip.

161 ¶ Poſſeſsio ciuilis cum bona fide etiam ſine titulo acquirit fructus. Idē ibi nu. 106 .cōem dicit. ex gloſ. in l. ſi quis à non domino inſtit. de rediuiſ.

162 ¶ Poſſeſsionem ſolam naturalem retinens ut in vſufructuario, uel colono ad longum tempus retinetur animo: ſi ſit abſens. & non perditur, niſi in caſibus in quibus ciuilis poſſeſsio perditur. Idē ibi nu.107 .communem dicit. ex glo. & docto. in l.3 .§. vti fui .ff. de acqui. poſſe.

163 ¶ Poſſeſsio tam ciuilis quam naturalis conſeruatur per colonum, tutorem, filium, ſeruū, uel procuratorem etiam ſi detentor abſens ſit. Aret. idem ibi nu.109 .communem dicit ex glo. in l. ſi colonus ff. de acqu. poſſe.

164 ¶ Amplia primo, etiam ſi detentator alteri conducat. Idem ibi communem dicit. ex Pau. in l. qui uniuerſas. §. ſi. ff. de acqui. poſſe.

165 ¶ Amplia ſecundo, etiam ſi detentator efficiatur furioſus non tamen ſi moriatur. Idem ibi communem dicit ex gl. in l. ſi id quod. §.1 .ff. de acqui. poſſeſsio.

166

166 ¶ Poſſeſsio tam naturalis quam ciuilis perdit ſolo animo, etiam ſi inſiſtat in tali re. idem ibi con clu.6. communem dicit ex gloſ. in d.l.3.§. in admittenda.

167 ¶ Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto nō dicitur poſſeſſor: ſed detentor. Anto.de fano.de pigno.par.3.mem.2.nu.6.communem dicit.

168 ¶ Fallit in actione reali quia ante annum dicitur detentor, poſt annum autem poſſeſſor ſecundum canoniſtas. legiſtæ autem dicunt quod ante annum eſt poſſeſſor reuocabiliter: poteſt annum autem irreuocabiter. Idem fanus uerſ.ſexto communem dicit: & concludit tenendum cū legiſtis.

169 ¶ Amplia iſtam limit.ad hypotecam, cum dicatur actio realis ibi nu.8.communem dicit.

170 ¶ Nota quod immiſsio in poſſeſsionem ex primo decreto facta uni excreditoribus ex cauſa onerosa, prodeſt omnibus alijs creditoribus ex eadē cauſa. ſi tamen cauſa eſt lucratiua, miſſo uno, alij non dicuntur miſsi. Idem Fanus nu.10.reſtrictione 6.communem dicit.

171 ¶ Poſſeſsio data uigore ſecundi decreti, reuocatur data ſatisdatione. Iaſ.in l.properandum.§. ſin autem reus.C. de iudi. numer.8. communem dicit.

172 ¶ Decretum de mittendo in poſſeſsionem ex primo decreto durat qn̄ creditor eſt preſens p biēnium: etſi eſt abſens, per quadriennium. Anto.de fano de pigno.par.3.mem.2. num.13. communem dicit.

173 ¶ Nota, quod iudex poteſt facere quod pars intret in poſſeſsionem propria authoritate. Tiraquel.de conſti.poſſe.par.3.li.17.numer. 13. communem

munem dicit ex Barto. in l. iuſtè poſsidet .ff. de acquiren. poſſe.

174 ¶ Poſſeſsionis quæſtio poſſeſsionem litigioſā reddit. Curt. iuni. conſi. 165. numer. 6. communem dicit.

175 ¶ Poſſeſsio transfert onus probandi in aduerſarium: niſi aliqua preſumptio ſit contra poſsidentem : ut quando ius reſiſtit poſſeſsioni Curt. iuni. con. 90. nu. 3. communem dicit.

+ § Hoc idem uidetur innuere l. 10. ti. 14. par. 3.

176 ¶ Poſſeſsio transfertur ex contractu ſimulato quando agitur ut transferatur. Curt. iuni. conſi. 108. nu. 12. communem dicit.

177 ¶ Poſſeſsio iuris, & quaſi iuris poteſt eſſe pænes plures. Iaſo. in l. poſsideri. §. ex contrario nu. 82. ff. de acquir. poſſe. communem dicit.

178 ¶ Poſsidere poteſt quis unam rem duobus modis uno generali pro ſuo, & alio ſpeciali, utputa pro emptore. Iaſo. ibi. §. ex pluribus nu. 34. & 36 ff. eo. tit. communem dicit.

179 ¶ Amplia, ſiue concurrat eodem tempore, ſiue in diuerſis temporibus: dominium autem poteſt detineri ex diuerſis cauſis in idem tempus cõcurrentibus. Iaſo. in d. l. poſsideri. §. ex pluribus nu. 38. communem dicit.

180 ¶ Poſsideri dicuntur mobilia. Iaſo. in l. poſſeſſio num. 39. ff. eo. tit. communem dicit.

181 ¶ Poſsidere preſumitur tempore mortis qui ſemel poſsedit. Alci. de preſump. re. 2. preſum. 21. nu. 5. communem dicit.

182 ¶ Poſsidere preſumitur tempore expulſionis agentis interdicto recuperandæ, probando quod aliquando poſſederit. Alci. de preſump. re. 2. preſum.

ſum.21.nu.14.communem dicit.

183 ¶ Nota quod non preſumitur poſsidere niſi alleget poſſeſsionem, Alcia. ibi in princ. communem dicit.

184 ¶ Poſſeſſor malæ fidei poſtquam ſoluit de ſuo ante litis conteſtationem, acquirit utilem actionem negotiorum geſtorum contra dominum, Boe.dec.44.nu.4.communem dicit.

185 ¶ Poſſeſſor contra quem agitur hypotecaria poteſt negare illum a quo habuit: habere titulū, & eſſe dominum illius rei: & creditor tenetur probare eſſe dominum aliàs ſuccumbet: licet ipſe debitor, ſiue agat, ſiue conueniatur, non poteſt negare dominium: uel cum creditore, uel cū alio tertio. quia allegaret turpitudinem ſuam. Anto. de fano. de pigno. par.6.mem.3.numer.35. communem dicit.

186 ¶ Poſsidens ſine titulo, non eſt legitimus contradictor. Ludo. de gozz. in conſi.93.nu.5.communem dicit.

187 ¶ Poſſeſſoria remedia non dantur pro iuribus mærè perſonalibus Otalora. de nobilitate hiſpanica cap.1.par.2.ter.par.nu.3.magis communem dicit ex docto.in l.certis annis.C.de pactis & in ca. quærelam de electi.

188 ¶ Poteſtas abſoluendi remanet ei cui eſt poteſtas condemnandi ſublata: niſi cum certa ſolemnitate in materia hereſeos. Hiero.cagno.in l.nemo num.4.ff.de re.iur.communem dicit.

189 ¶ Poſitionibus quibus quis reſpondit inductus aſſertioni aduerſarij qui dedit cauſam errori poteſt etiam poſt ſententiam reuocari. Bal.in l. celſus uerſi. uenio ad Barto.de uſu.capien.communem

nem

nem dicit.

190 ¶ Poſthumus non rumpit teſtamentum ſi appo natur clauſula codicillaris per uerba futuri temporis. Corne.conſi.225.uol.3.communem dicit. Sed Barba.conſi.6.uol.2.dicit communiorem eſſe quod operetur clauſula codicillaris: quia quæcumque uerba concepta, & eum, ſequitur. Ioa. duran.in arte teſtan.tit.3.cau.10.num.3.bonis ra tionibus quem uide.

191 ¶ Prelatus non ſolum tenetur ad preſtandam patientiam demolitionis edifitij a predeceſſore facti, ſed etiam tenetur preſtare expenſas. Iaſo. in l.qui opus.ff.de no.ope.nu.3.in fi.col.8.

192 ¶ Prelatus eccleſiæ licet non poſsit hypotecare, uel obligare rem eccleſiæ ſpecialiter: genera liter tamen poteſt, Ant. de fano. de pigno. in 2. par.mem.1.communem dicit.

193 ¶ Prelegata non ueniunt in uniuerſali fidei commiſſo poſtea ſubſequto. Iaſo. in conſi.175. uol.4.communem dicit.

194 ¶ Prebenda eſt quæ prouenit ex inſtitutione, & officio: canonica eſt ius prouenieus ex electio ne, & receptione in fratrem. Io. arri. in cap.cũ in de conſti.num.170.communem dicit.

195 ¶ Prebendarum numerus non augetur ex receptione. alicuius in canonicum. idem ibi nu. 167.communem dicit.

196 ¶ Prebenda uacatura ſi promittatur cum recipitur aliquis in canonicum: ualet receptio, & ui tiatur promiſsio. Idem ibi numer.185. communem dicit.

197 ¶ Præſcriptio eſt ius quodam ex tempore congruens, legum authoritate uim capiens, negligẽ-

tibus

tibus pænam inferens,& finem litibus imponens. Balbus de preſ.in 1.par.col.2. communem dicit.

198 ¶ Preſcriptio cauſatur ex ciuili, uel naturali poſſeſsione,uel ſaltem ciuili, Balbus de preſ.in 3. par.conſi.57.q.3.communem dicit tam in acquiſitione domini quàm alterius iuris inferioris, ut uſufructus contra Bart.in l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſe.ubi dicit quod in acquiſitione uſufructus ſufficit naturalis poſſeſsio: qui communiter reprehenditur.

199 ¶ Preſcriptio tollit obligationem naturalem. Balbus de preſ.2.par.3.par.q.10. conc.38.communem dicit.

200 ¶ Preſcriptio cum bona fide perimit obligationem ciuilem, & naturalem reddit inefficacem. Alci. in rub. de preſcri.nu.44.communem dicit.

201 ¶ Nota quod ex preſcriptione triginta annorum cum bona fide acquiritur utile dominium. Balbus ibi in 2.par.q.2.conclu.3. communem dicit: & in tantum hoc eſt uerum: quod completa preſcriptione, non poteſt adiri eccleſia per denuntiationem euangelicam: ut reſtituat rem preſcriptam. cum ſit tutus in conſcientia. Balbus in 2.par.3.par.q.10.communem dicit. Tamen ſi res preſcripta poſt triginta annos ueniret ad dominiũ licet aduerſum quemlibet preſcribens haberet actionem ad uendicandam: non tamen contra dominum uerum Balbus in 2.par.3.par.q.6.communem dicit. Et nota quod antiquus dominus poteſt auocare rem preſcriptam a quocumque tertio: ſi ipſe tertius non preſcripſit. & non poteſt iuuari tertius a poſſeſsione primi poſſeſſoris. Balbus ibi communem dicit, quam tamen concluſio

nem

nem communem cum precedēti : limita, niſi aliàs preſcribens poſsideret cum titulo, & bona fide quia & per preſcriptionem longi temporis (ut eſt uiginti annorum) nec dominus auocat a tertio : nec iuuatur contra preſcriptionem quin poſsit agere contra eum rei uendicatione, quod non prodeſſet trigenario poſſeſſori. & cum bona fide ſine titulo. Balbus ibi col. 76. communem dicit.

202 ¶ Amplia dictam communem opinionē quod ſi duo, diuerſis temporibus preſcripſerint rem ali quam : & alius tertius poſsideat rem preſcriptā cum titulo & bona fide : prefertur in re uendicanda, ſecundus preſcribens cum extinctum ſit ius alterius. Balbus ibi nu. 9. communem dicit.

203 ¶ Preſcripto non introducitur niſi cum bona fide in principio, in medio, & in fine. Balbus in 2. par. 3. par. q. 7. communem dicit

Intellige quod requiritur bona fides. in principio : in medio autem cum nõn habeat malam fidem, & ſi dubitet dubitatione ſpeculatiua. ut ſi du bitet an ſit ſua res, uel ſi iuſtè poſsideat : cum non habeat conſcientiam lęſam, credens poſſe poſside re cum illa dubitatione: currit preſcriptio, ſi tamē dubitet, nõ ſolum de iure ſed dubitet an teneat re ſtituere non preſcribit cum agat contra conſcientiam. ut tenet Coua. in d. reg. poſſeſſor par. 2. nu. 4. ex Adriano col. 2.

204 ¶ Preſcriptio cum mala fide non procedit : & in hoc eſt ius ciuile correctum per ius canonicū, tam in rebus corporalibus, quàm in actionibus realibus, & perſonalibus. Balbus ibi q. 17. communem dicit: licet Socc. conſ. 203. dicat communem contrariam. ſed tamen communior eſt prima : & uide

uide Alci.in rub.de preſcripti.num.48.

205 ¶ Amplia iſtam communem etiam per tempus immemoriale: ſi conſtat de mala fide preſcribentis: temporis curſus non ſuffragatur. Alexan. in l.cum aliqus.C.de iur.deli. communem dicit.quā refert Coua.in d.§.8.nu.4.

206 ¶ Limita in actionibus,quæ ſunt de ſui natura temporales: nec continent pænam: ſed potius dantur ad intereſſe. Idem Balbus ibi col.48.communem dicit.

207 ¶ Limita ſecundo, in iure adeundi per triginta annos,cum ius ſit querendum:& non queſitum, Balbus ibi col.88.communem dicit.

208 ¶ Limita tertio,in mala fide predeceſſoris quæ non impedit inchoare preſcriptionem, Mathe. de afflic.in Neapo. deci.40.nu.7.communem dicit. Hieron.Cagno. in l. qui in alterius nu. 16.ff. de re.iur.communem dicit contrariam, ſed pro concordia diſtingue, ut per Panor.in c.2.de preſcriptio.nu.7.& 8.q.prima. opinio prima procedit in ſingulari ſucceſſore: & ſecunda in uniuerſali qui tenetur exonerare conſcientiam defuncti ut per Cur.iuni.conſi.170.nu. 14. ubi dicit magis communem. ſecundam quam intellige ut hic. ut per Pirrū in conſue.aure.de executionibus c.14.

209 ¶ Reſtringe hanc tertiam limitationem ad ſucceſſroem repreſentantem predeceſſorem, ſecus in ſuceſſore dignitatis,uel officij ſi non vult uti poſſeſsione predeceſſoris. Coua.in reg.poſſeſſor par. 2.§.9.num.6.uerſi. ſeptimo apparet. communem dicit ex glo.in c.cura de iure patr.

210 ¶ Nota quod ſucceſſor ſingularis preſcribit ſpatio decem,uel uigiti annorum ſolutionem mino-

rum cum ſibi non ſit nuntiatum de maiori ſumma: ſi poſsidet cum titulo, ſi tamen nõ habet titulum: preſcribit cum bona fide per triginta annos, Balbus in 4.par.4.par.q.7.communem dicit.

211 ¶ Mala fides ſuperueniens circa unum, interrũpit preſcriptionem & in alijs. Balbus in 2. par. par.6.q.2.communem dicit.

212 ¶ Limita ſi poſtea benè informatus depoſuerit malam fidem. Balbus ibi 44.communem dicit.

213 ¶ Dubitatio non impedit preſcriptionem, ſi poſt inchoatam preſcriptionem interuenit: ſecus ſi a principio, Balbus in 2.par.3.par. q.2. & in 2. par.6.par.q.2.communem dicit. Et ſic intellige. Iaſo.in l.poſsidere .§. genera. de acquiren. poſſeſ. numer.19.ff.

214 ¶ Error iuſti tituli cauſat preſcriptionem quantum ad uſucapiendum & preſcribendum: non tamen ad repellendum eum qui agit petitione hæreditatis, uel interdicto quorum bonorum, quæ iuditia regulariter non dantur contra titulo poſsidentem. Balbus in l.celſus.ff.de uſucap.not.2.col. 5.communem dicit.

215 ¶ Amplia etiam ſi non ſubeſſet iuſta cauſa credendi titulum eſſem uerum: ſi tamen quis ita credebat: ibid.not.3.communem dicit.

216 ¶ Preſcribi poteſt omnino obedientia Imperatoris per Reges, ac alias ciuitates. Balbus de preſ.2.par.5.par.q.2.communem dicit.

217 ¶ Preſcribi etiam poteſt mærum, ac mixtum imperium. Idem ibi q.3. communem dicit. ex Feli.in cap.cum ſit de foro cõpe.pro qua eſt tex. in l.uiros.C.de diuerſi.offi.li.11.

218 ¶ Nota quod mærum, ac mixtum imperium preſcri-

preſcribitur contra Imperatorem, ac Regem preſentem per ſpacium decem annorum: ipſo autem abſente, requiritur tantum tempus de cuius initio non eſt memoria in contrariũ. Idem Balbus q.3.in prima q.2.par.5.par.communem dicit ſi autem iuriſditio eſt pænes inferiorem a principe: preſcribitur contra eum per decem annos. Petr. Nunius in cap.1.de exequendis mandatis regum nu.15.communem dicit. ex Balbo de preſc. in 2. par.5.par.uerſi.circa primam. Et de materia preſcriptionum iuriſdictionis uide plenè per eum & in quantum Balbus affirmat ſufficere tempus decem annorum data ſcientia principis. Idem ſentit Iaſon in l.imperium nu.2.ff.de iuriſd. omni.iudi.ubi dicit magis communem. Iaſonem reprehendit Cur.iuni.conſ.174.num.26.magis communem dicens contrariam quod non preſcribatur niſi per tempus immemoriale. cui opinioni aſtipulatur noſter Coua.in reg.poſſeſſor. par. 2.§.3.

219 ¶ Item nota quod in preſcriptione iuriſditionis cum ſint tres ſpecies uidelicet mærum, mixtũ, ac iuriſditio ſimplex: ſi unus actus preſcribatur non cenſentur omnes tres ſpecies præſcriptæ: ſed ſufficit preſcripſiſſe unum actum ſolum adhoc quod dicatur preſcripta tota una ſpecies illius actus. Balbus in 2.par.q.2.uerſi. ſecundo principaliter communem dicit.

220 ¶ Preſcribi poſſunt ea quæ competũt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis: & hæc preſcriptio ſortitur effectum per tempus de cuius principio non eſt mæmoria hominis in contrarium. Idem Balbus in 2.par.5.par.q.2.communem dicit.

221 ¶ Amplia iſtam communem ad inferiorem à

 principe,

principe. quoniam poteſt preſcribere. ius colle-ctandi, & exigendi pedagia per tantum tempus de cuius initio mæmoria non ſit in contrarium. Otalora.in cap.3.primæ par. de nobilitate Hiſpa-nica communem dicit.

*§ De iure regio preſcribitur iuriſditio in ciuilib' per quadraginta annos: & in criminalibus per cẽtum annos l.7.ti.13.li.3. ordi.per quam corrigit l.18.ti.4.par.3.& l.6.ti.29.par.3.& l.5.ti.11.li.2. fo.ll. Regalia autem, ut ſunt collecta, ac tributa, non preſcribũtur: ut apparet in d.l.6.quæ concor. cum hac communi: & declarat eam. Et uide Pa la.rubeum in repet.cap.per ueſtras de dona.inter uir. & uxo.col. 212.

222 ¶ Nota quod preſcribẽs regalia, iuriſditiones, pedagia, & ſimilia per tempus de cuius initio nõ eſt mæmoria hominum in contrarium: non tene-tur probare ſcientiam ac patientia principis. quia illa preſumitur per dictum tempus. Balbus in 2. par.3.par.q.6. communem dicit in preſcriptione minoris temporis contra Regem ſemper requiri tur ſcientia, & patientia. Alexand.in conſi.16. uol.5.communem dicit. quem refert Petrus Mu nius de exequendis mandatis regum cap.1.nu.15. uerſi.octauo. Deducitur ubi uidetur innuere.ho die per legem ſextam dicti.ti.13.li.3. ordi. non eſ ſe neceſſariam ſcientiam, & patientiam regis ad preſcribendum mærum imperium cum ex illa l. appareat de uoluntate principis. cum ſit modici preiuditij preſcriptio, cum alias remaneat com-municatiua iuriſdictio pænes Regem. & hoc mo do poſsit Imperator res imperij alienare: ut per Ange.in l.2.§.hoc interdictum, ff. nequid.in loc. publi.

publi. Et ultra illud, princeps concedendo iuriſ ditionem, non cenſetur a ſe abdicare iuriſditionē, nec dare priuatiuè: ſed cumulatiuè. ut p plura deducit Caſſa. in conſue. burgun. rub. 2. §. 1. in glo. fi. num. 30. cum non poſsit abdicare a ſe omnem iuriſditionem, utile tamen dominium, & commoda poteſt: ſalua ſuperioritate, & recognitione, & fide: ſecundum Bal. in prohem. feu. uerſi. expedita num. 32. ad quem poterit appellare: & de cauſis appellationis cognoſcere, Ioan. Andr. in addi. ad Specu. de iuriſd. omni. iudi. uerſ. uidiſtis duas, col. fi. & Ange. in l. 1. §. ſiquis mandatum. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. quam ſuperioritatem, & appellationem Rex (ut eſt dictum eſt) non poteſt a ſe abdicare. ut per plura deducit Thomas gramma. in conſi. 28. per cap. dudum de preſcrip. in 6. quod uidetur innuere l. 1. ti. 1. li. 3. ordi. item pro hac ſua opinione in hoc regno adducit l. 5. ti. 2. par. 1. iuncta l. 11. ti. 1. li. 7. ordi. dicit enim quod, in d. l. prohibetur introduci conſuetudo ſine ſcientia regis. & in d. l. 11. mandatur ut conſuetudines populorum obſeruentur: ex quibus dicit ſublatā d. l. 5. & non requiri uoluntatem principis, uel ſciētiam: & ſic in. d. l. 6. non eſſe neceſſariam ſcientiā regis: cum iam ibi explicauit ſuam uoluntatem ꝙ ualeret preſcriptio: & adducit adhoc Bal. de pace. conſtan. in uſufeu. ca. 1. §. 1. & eſt in nu. 3. & dicit non obſtare d. l. 7. ti. 1. li. 1. ordi. ubi diſponitur quod, iudex eccleſiaſticus non incarceret laicos, nec executionem faciat in ſuis bonis iuncta l. ulti. lata apud Toletum de anno 1525. ubi reuocat cōſuetudinem circa dictam executionem: dicens por. que Aquello ha ſido ſin noſtra ſciencia e paciencia.

tencia. quia dictę prohibitionis cauſa eſt quod agitur de maximo preiuditio regis. quia quādo per Prelatos preſcribitur contra regem non preſcribitur comulatiuè,ſed priuatiuè,& tranſit iuriſdictio in perſonas alterius fori: & non poteſt a principe reuocari iuxta notata per docto.in cap. nouit de iudit. ſed his non obſtantibus ad herendum commuui opinioni.cum enim quia hanc opinionem tenet Inno.in cap.bonæ de poſtul. prela. & Bar.in l.1.ff.de aqua plu.arcen.& in l.ſi publicanus de publica. & Io. Lupus auriga donationum inter uirum & uxorem in repet.cap. in preludiis uerſi.ſed eſt pulchra dubitatio num.33. cum alijs ſequen.& Petr.bellug.in Spec. princ.rub.22. nu. 67.& eſt communis opinio teſte ipſo Nunio tūc etiam quia eſt maximum crimen uſurpare regis iurisditionem: & capite eſt puniendus l. ſacri afflatus. & ibi Bal.C.de diuer.reſ. &incidit in crimen læſæ maieſtatis qui ſe gerit pro magiſtratu l. 3.§.qui ſe .ff.ad leg.iulia.maieſt.qnod non eſſet ſi graue preiuditium regi non inferretur tum etiam quia ſequerentur duæ ſpecialitates in d.l.6. quod non eſt dicendum . ut per Bal.in rub.de cauſ. poſſe.& proprie.nu.13.l. penul.C. de dotis promiſ. & in l.ſi mihi & titio .ff. de condit. & demonſtra. & Iaco.de ſancto Georg.de feu.in.§.dictique uaſſali nu.22.una reuocatio d.l. 18. ti.4.par.3.& l.6 ti.29.par.3.in qua prohibita erat preſcriptio iuriſditionis. De iure regni: per quam reuocatur ius commune quod concedit preſcriptionem per tēpus de cuius initio non eſt mæmoria in contrariū per omnes ſupradictas communes opiniones.Altera quod preſcriptio quadragenaria ſufficiat.

Et

Et iam tertia; quia non requiritur certioratio regis in preſcriptione quadragenaria. Quod aliquo modo non eſt dicendum: nec Bal. in d. cap. 1. num. 3. de pace conſtantiæ. hoc dicit. immo totum contrarium in tangentibus ipſi regi, ubi ipſemet, Balbus diſtinguit: aut preſcribitur contra tranſeuntes: ut ſoluant paſſagium: & non requiritur ſcientia principis. ſi tamen preſcribitur contra Cæſarem, requiritur ſcientia, & pacientia. ut in l. comperit. C. de preſc. trigin. ann. Item nec lex 11. ti. 1. li. 7. ordi. tollit d. l. 5. immo confirmat ibi Segu. que les fueron otorgadas por los reies mons progenitores e por nos confirmadas & Imadas. Et ſic preſumitur notitia & certioratio: ut aliàs dicitur de minore qui iurat quod non eſt neceſſaria probatio certiorationis preſumitur certioratus ex iuramento. Iaſo. in authen. ſacramenta nu. 65. C. ſi aduerſus uendit: & Io. Mauri. de reſti. in integ. cap. 114. de qua ſupra in uerb. certioratio nu. 32. uel eſt intelligenda illa lex iuxta diſtinctionem Bal. in d. cap. 1. cum non preſcribitur contra regem nec eſt facienda uis in intellectu d. l. 7. ti. 1. li. 1. ordi. quia uera ratio illius l. eſt quia prelati ſunt incapaces illius executionis: & data incapacitate, nec preſcriptio etiam immemorialis procedit per cap. 1. de preſ. in 6. Preleti enim nō habent territorium nec ſua iuriſditio adheret territorio: ut per plura deducit, & probat Oldra. con. 17. & Belluga. in Specu. princi. in d. rub. 22. nu. 48. Nec obſtat cap. ut animorum de conſt. in 6. quia ubi territorium eſt exponendum, ideſt dioeceſim, uel certos terminos intra quos poteſt exercere iuriſditionem: & cum non habeat territorium

ritorium in quo cedat poſſeſsio: nimirum ſi non poſsit preſcribere: cum ſine poſſeſsione preſcriptio non procedat. reg.ſine poſſeſsione, de reg. iur.li.6.& ex his ego teneo in preſcriptione quadragenaria in qua preſcribitur iuriſditio ciuilis: quod requiritur ſcientia, & patientia regis ad eā conſequendam. Et nota uerbum Aymon.de antiq.tempo.par.4. in uer.abſolutis differentijs nu. 23.quod in caſibus in quibus requiritur ad introducendum conſuetudinem, uel preſcriptionem ſcientia principis: quod ſufficit quod officiales, ac procuratores regis, uel principis ſciant ut ei preiudicetur ex Bal.conſi.340.uol.5.& Caſtren. con.205.incipienti uiſo quodam ſaluo conducto, pro quo adducit l.cum mācipium uerſi.circa procuratoris.ff.de ædic.diu. Nota quod de iure regio ad preſcribendum pedagia quæ por tam gos dicuntur: requiritur tempus quinquaginta annorum l.1.ti.10.li.6.ordi.

223 ¶ Limita omnes iſtas communes opiniones in eis quæ ſunt reſeruata principi in ſignum uniuerſalis recognitionis quod non preſcribuntur. Pirrus in conſue.aure.de preſ.c.4.communem dicit. ut ſunt cenſus, uel tributa. de quo per Coua. in reg.poſſeſſor par.2.§.2.uer.ſecunda rerū ſpecies.

224 ¶ Preſcribitur contra fiſcum in bonis nondum incorporatis, ſed tantum delatis tamquam uacantibus propter uectigal non ſolutum per lapſum quinquēnii. in alijs autem bonis ſi denuntiatio preceſſerit per quadriennium: ſi tamen non fuit denunciatum ſine titulo & bona fide per triginta annos. cum titulo autem & bona fide per uiginti annos. Balbus in 2.par.5.par.in princ.cōem dicit.

Fiſcus

225 ¶ Fiſcus preſcribit: quando uendit rem alienã per quadriennium iuxta l.bene Azenone, quã intellige ſi uendit bona fine, ſecus tamen: Balbus de preſ.ibi.q.8.communem dicit.

226 ¶ Limita tertio, niſi ex priuilegio concederetur eceleſiæ ut contra eum non poſsit preſcribi niſi per centum annos ad inſtar eccleſiæ Romanæ. Idem Balbus ibi q.1.in princ.communem dicit.

227 ¶ Nota quod ſi res priuati peruenit ad eccleſiam tempore preterito: utitur preſcriptione priuati: pro futuro autem preſcriptione eccleſiæ. Balbus ibi q.3.communem dicit.

228 ¶ Preſcribitur ius eligendi per quadraginta annos Balbus in 5.par.q.8.communem dicit.

229 ¶ Amplia etiam ſi unicus actus interuenit in hoc tempore. idem ibi communem dicit.

230 ¶ Parrochiani preſcribunt ius preſentandi, qñ eccleſia non conſtat ab alijs conſtructam fundatam vel dotatam eſſe. Coua.in reg.poſſeſſor par. 2. §.10. numer. 3. communemdicit. ex Deci. conſi.117.

231 ¶ Nota quod ſi eccleſia conſtat a principio liberam eſſe: non preſcribitur contra eam per quẽcumque tempus ius preſentandi. Coua.& ibi nu. 2.communem dicit. ex Panor. in cap. quærelam num.9.de electi.

232 ¶ Preſcribitur ius patronatus, cum conſtat eccleſiam eſſe patronam. idem Balbus. ibi q.9. communem dicit. ſi currat tempus quadraginta annorum cum titulo, uel immemorialem ſine titulo, quod nota.

233 ¶ Amplia etiam ſi dubitetur per tẽpus de cuius initio memoria non ſit in contrarium. Balbus ibi

num.

num.100.communem dicit.

234 ¶ Preſcribitur etiam ius patronatus preſcripta uilla,uel caſtro, cui anexum eſt ius patronatus. Idem ibi communem dicit.

235 ¶ Preſcribitur per Epiſcopnm,ut poſsit aliena re res eccleſiæ in conſulto capitulo: per tempus tamen, de cuius memoria non ſit in contrarium. Idem ibi q.17.communem dicit.

236 ¶ Preſcribitur contra ciuitatem etiam particularem per centum annos in quattuor caſibus enarratis in l.fi.C.de ſacro.ſanc.eccle.in alijs autẽ preſcribitur contra eam iure priuatorum.Balbus in 3.par.5.par.q.1. communem dicit. Nec dicit d.l.fi.correcta per d.authen.quas actiones.quo ad ciuitatem,ſed ſolum quo ad eccleſias,monaſteria, uel pia. Coua.in reg.poſſeſſor. par.2.§.2.num.9. communem dicit. reprobata opinione Boerij de ci.264.num.25.qui dicebat l.in fine eſſe in totum ſublatam.

237 ¶ Amplia iſtam communem ad caſtra, ac paruam uillam: dummodo habeant multitudinem. Idem ibi q.2.communem dicit.

238 ¶ Preſcribitur contra conditionem ex canone reintegrandæ per triginta annos. ſicut & ipſa cõditio durat. Balbus in 4. par. par.4. q. 24. cõmunem dicit.

239 ¶ Preſcribitur contra remedium l.2.C. de reſcin.uend.per triginta annos. Idem ibi q.26.com munem dicit.

* § De iure regio non durat hæc actio niſi per quadriennium l.4.ti.7.li.5.ordi.

240 ¶ Preſcribitur ſeruitus perſonalis per triginta annos. Idem ibi q.16. nu.1. communem dicit.

Nota

241 ¶ Nota quod ſeruitutes habentes cauſam conti nuam,quæ ad eius uſum non requiritur continuũ factum hominis,licet a principio requiratur,præſcribuntur inter preſentes per decem annos. & inter abſentes per uiginti annos. Idem ibi par.2. par.4.q.1.communem dicit. Seruitutes auté habentes cauſam continuam in propoſito licet naturaliter ſint diſcontinuæ. quibus poteſt quis uti quando uoluerit: ut eſt itineris.uel uiæ perdunt per decem annos inter prẹſentes, & per uiginti inter abſentes ſi tamen habent cauſam diſcontinuam: uidelicet hedomadarum, uel dierum ex forma conſtitutionis perdũtur per uiginti annos: tam inter preſentes, quàm abſentes. Balbus 3. par.4.par.q.1.num.1.communem dicit.

242 ¶ Limita iſtam ultimam communem opinionẽ in ſeruitutibus perſonalibus in quibus non conſiderãtur interualla temporis:nec diſtinctio predicta, Balbus ibi q.6.communem dicit.

243 ¶ Seruitus diſcontinua requirens factum hominis conſtituitur, preſcribitur; & probatur allegato titulo ſeruitutis, ac probata poſſeſsione decennali inter preſentes, & uicennali inter abſentes. & preſumitur titulus allegatus licet aliter non probetur. Cum ſcientia & patientia aduerſarij.Balbus de preſ.in 2.par.4.par.q.1.communem dicit num.3.& in nu.1.dicit quod requiritur etiã bona fides, & dicit etiam communem contrariã. Immo quod in iſtis ſeruitutibus habens cauſam diſcontinuam, requiratur tantũ tempus de cuius initio non ſit memoria in contrarium. Cur.iuni. in conſi.174.num.28.& 38.dicit communem. approbat. glo.la.grande in l.fi.de ſerui.ff. ſed tamen

dictam

dictam communem opinionem glo.intellige, ut in hac communi,quando adeſt titulus ad preſcribendum de quo per d Balbum ibi ubi uide alias limitationes ad regulam dictæ gloſæ.

244 ¶ Nota quod ſcientia & patientia domini requirit in preſcriptione iurium incorporalium. Coua.in re.poſſeſſor par.2.num.8.communem dicit. ex Inno.in cap.2.de in integ.reſtitu.& l.2.C. de ſer.& aqua.

245 ¶ Fallit primo,in preſcriptione immemoriali iurium incorporalium. Bal.de preſ.in 2.par.4. par.q.1.nu.14.communem dicit.

246 ¶ Fallit ſecundo,in preſcribente cum titulo,& bona fide habente titulum a tertio qui reputabatur dominus. quia non requiritur ſcientia & paciencia ueri domini. & ſufficit tempus ad inſtar rerum corporalium. Balbus ibi num.15.communem dicit.

247 ¶ Fallit tertio,in preſcriptione libertatis cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam. Coua. in d.nu.8.uerſ.primo. ſententiam communem dicit. ex l.ſi partem.§.ſi per fundum.ff.quemad.ſerui.amit.c.ſi de terra de priuileg.

248 ¶ Preſcribuntur ea quæ competunt de iure gẽtium per ſpacium tãti temporis de quo memoria hominum non eſt in contrarium. Balbus de preſ. in 3.par.5.par.q.6.communem dicit.

249 ¶ Preſcribuntur decimæ prediales in partem. licet non in totum. Balbus ibi in 5.par.q.7.communem dicit contrariam.immo quod nulla conſuetudine poſsit introduci per laicos quod nõ ſoluant integram decimam dicit communem. Curt. in cap.fin.de conſue.ſed pro concordia, dic ut p

Bello.

Bello.conſi.55.per totum.ubi uidetur innuere q opinio Balbi habeat locum in preſcriptione de cuius initio non eſt mæmoria.Curt.autem de alia minori quam ſic probat : nulli dubium eſt quod, per Romanorum pontificem poteſt concedi : uel dando priuilegium , uel approbando conſuetudinem,ut minus decima ſoluatur : per glo.in cap. a nobis el.1.de dec.& ibi docto.& Abbas dicit hoc indubitatum in cap.in aliquibus de deci. & Deci. conſi.147.& conſi.113.& d.Bello.dicit de hoc eſſe communem opi. Et conſuetudo de qua non extat mæmoria in contrarium: habet uim priuilegij l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de acqua.coti.& eſti. & cap.ſuper quibuſdam de uerb.ſignif. & ibi Panor.& Feli.in cap.aſcendentes.de preſ.& Barbat. conſi.41.uol.1.& in conſi.45.uol.2.in fortiori caſu ſcilicet in laicis acquirentibus decimas : ergo conſuetudine poteſt introduci : ut minus decima ſoluatur . Et hoc etiam tenet Alexan.conſ.6.uol. i.ubi.dicit hanc eſſe magis communẽ opinionem.

§ Et hanc ætatem l.8.ti.81.par.7.exprimit:adhoc quod ſi committens delictum,ſit minor illius ætatis:non debet puniri.

388 ¶ Publicatio in cauſa poteſt fieri ab alio iudice ſuccedente in offitium primi iudicis.& non ab alio,Ripa in l.apud num.32.C.de æden. communem dicit.

389 ¶ Publiciana requirit poſſeſsionem uacuam ſicut & uſu capio. Prepo.in ca.reintegranda.3.q.1.communem dicit.

390 ¶ Puella cui pater aſignauit certum quid, & precepit ut cum illo eſſet contenta: poteſt petere ſupplementum legitimæ. Boe.dec.3. num.10. communem dicit.

391 ¶ Pupillus ex propria ſignificatione uocabuli, non dicitur decedere inteſtatus: ſecus tamen, ex communi uſu loquendi, Boe. in conſue. bitu. in rub.des coſtumes concernens les teſtamens.§.4. communem dicit ex Bar. conſi.138.

392 ¶ Purgatio moræ non admittitur in caſu legis ſiquis maior.C.de tranſacta. Deci.conſi.453.nu. 12.communem dicit

Q

1 QValitas quãdo eſt fundamentum intentionis: non ſolum ſufficit probare intentionem:ſed etiam qualitas eſt probanda, Cur. iuni.conſi.124.nu.11.communem dicit.

2 ¶ Quarta quæ debetur arrogatis: non eſt aucta uſque ad trientem, quæ debetur legitimis, & naturalibus. Iaſo.in l. ſi arrogator nu. 52.ff. de adopt. communem dicit.

3 ¶ Quartæ detractio tranſit ad hæredes. Bal.conſ. 282.& 377.uol.3.& Io.duran.in arte teſtan. ti.5. cau.31.communem dicit.

4 ¶ Querela inofficioſi teſtamenti, quando exheredatio eſt cum cauſa: eſt neceſſaria: licet ſecus, quando exheredatio eſt facta ſine cauſa. Iaſo. in Authen. ex cauſa.C.de liber. præte. numer. 18. communem dicit.

R

1 RAtificatio non poteſt fieri in præiuditium tertij: Curt.iuni.conſi.76. num.6.& Deci. conſi.247.num.5.communem dicunt.

* § Fallit in emptione rei alienæ facta cum bona fide: ſi res pereat, poteſt dominus rei ratificare cum damno emptoris l.54.ti.5.par.6.

2 ¶ Ratificatio debet fieri illo tempore, quo actus principalis debet fieri: & ſic tempore habili adhoc quod ualet. Anto.gomez.in l.45.tau. nu. 53. communem dicit ex Alexan.in l. 1.C. qui admit.

3 ¶ Ratio unica ſtatuti habetur pro expreſſa.Curt. iuni.conſi.170.nu.6.communem dicit.

Rationum

4 ¶ Rationum librum mercator tenetur ædere ad fundandam intetionem actoris. Io.a Ripa in l. 1. C.de ædendo nume.8. communem dicit. Et intelligit in mercatoribus matriculatis, & iuratis qui dicuntur ſuccedere in locum argentariorum.

5 ¶ Raſura, uel uitium ſcripturæ circa ſubſtantialia inſtrumenti uitiat inſtrumentum: in alijs autẽ uitiat ſolum caſum in quo eſt raſura. Ant. gome. in l.45.tau.num.145. communem dicit, ex gloſ. in l.fi.C.de ædi.diui.Adri.& Docto.in cap.fraternitatis de hereticis.

6 ¶ Nota quod ſi raſura,uel cancellatio eſt correcta per notarium conſtruentem ſcripturam: non uitiat inſtrumentum raſura (ut tenet) Bar.in d.l. fi.tamen iſta correctio debet eſſe in dicta ſcriptura,& ſub eius ſigno:& nõ ſufficit quod fiat in margine. Idem Gome.ibi num.146.magis communẽ dicit ex Bal.in l.ſi unus.C.de teſtam.

7 ¶ Recidens,ac reſciſſorium iudicium ſimul in eodem libello cumulari poſſunt. Io.Mau.in trac.de reſti.in inte.c.9. communem dicit.

8 ¶ Reconuentio non fit coram iudice delegato electo de conſenſu partium. Gomezius in cap.diſpendia de reſ.num.33.li.6. communem dicit.

* § Contrarium deciditur per l.20.ti.4.par.3.

9 ¶ Rector uniuerſitatis non poteſt eligi niſi ſit clericus, Socc.in cap.1.de for.compe.decla.14. nu. 17.communem dicit.

10 ¶ Recuſatio ita ſuſpendit iuriſditionem iudicis: ſicut appellatio: Anto.de tremo:in addit. ad bonac.in rub.de recuſa.in fi.magis cõmunem dicit.

11 ¶ Recuſatione propoſita,ſi iudex ex actis ante recuſaitonem propoſitam procedit ad ſententiam

diffinitiuam: licet dicatur nulla. iudex recuſationis,uel appellationis poteſt dictam ſententiã con confirmare, Philip. Franc.in addit.ad Io.Monachum in cap.iudex de offi.dele.li.6.nu.3.communem dicit ex Imol.& Io.And.in ca.1.de confirm. uti.uel inuti. & Alexand.in conſi.67.uol.6.

12 ¶ Reductio ad arbitrium boni uiri in laudo poteſt peti uſque ad triginta annos. Prepo.in cap.a iudicibus,2.q 6.& Balbus de preſcr. in 4.par. 4. par.q.33.communem dicunt. Nota tamen uerbum Nunij in alpha.hiſpano. de.le.re.in littera a. in uerbo aluedriadores quod l.fi.ti. 4. par. 3. quæ diſponit quod à ſententia arbitri eſt appellandũ in.x.dies habet locũ in arbitris, & no.Salic.in arbitatoribus quod nota: & uide illum.

13 ¶ Reductio ad arbitrium boni uiri,eſt petenda: uel appellatio eſt proponẽda coram iudice illius contra quem ſentẽtia arbitri,uel arbitratoris. eſt prolata. Alexand.conſi.131. uol.2.quem refert. Coua.in reſo.lj.2.cap.12.in princ.communem dicit. & hanc cõmunem.limitat Panor.in c.Quintauallis.de iur.iurand.quando ex forma ſtatuti. ſententia arbitri,uel arbitratoris poteſt mandari executioni. quæ opi.facit multum ad intel.l. ulti. in ordi.de madrid.& l.8.de anno dec.1539. & in compilatione noua ti.4 li.3.le.1.or. ſed tamen cõtra opi.Panor. tenet Paul.in l. 2.C.ubi & apud quem & alij quos refert d.Coua. in d. cap. 12.in. uerbo, primo etenim, quem uide quia ipſe contra opin.Panor.ſe reſoluit de iure regio per l.23. ti.4.par.3.eſt ſublata hæc. controuerſia: quia diſponitur, quod per iudicem ordinarij ubi ſententia eſt prolata: tractetur de reductione. ibi delos

Iuzes

Iuzes del tal lugar.do acacciere. Et ad hoc notat illam l.Nunius de exequen.mand.reg.c.1.nu.17.

14 ¶ Nota quod a ſententia iudicis reductionis, uel appellationis non eſt appellandum. ſecūdum Bar.in l.2.C.ubi & apud quos.quam magis communem dicit Caro.Moli.in addit.Alexand.conſi. 106.uol.3.contrariam: immo quod poſsit appellari communem dicit Deci.in l.1.ff.de re.iuris.& Philip.Franc.in rub.de reg.iur. li. 6. num. 17. Et hanc magis communem dicit Alexan. in d. conſi. 106.& hanc ultimam dicit ueriorem de iure. Coua.in reſolu.li.2.cap.12.numer.5.uerſi. primo ſi authores.

*§ De iure regio eſt approbata hæc ultima: ut poſſit appellari per l.ulti.in ordi. de madrid. de qua uid.per Coua.in d.c.12.li.2.in reſolutio.

15 ¶ Rei uendicatio competit contra ciuiliter poſſidentem. Io.Cora.in.§.nihil commune nu. 27.ff. de acqui.poſſe.communem dicit.

16 ¶ Amplia etiam contra ſimplicem detentatorē. Idem ibi nu.30.communem dicit.

17 ¶ Nota quod ſi rei uendicatio intentatur contra aliquem qui tempore ferendæ ſententiæ non poſſidet: actor pronuntiabitur dominus: & abſoluitur reus & uirtute iſtius declarationis, aufertur.a reo ſi inueniatur poſsidere.Iaſo.in d.§.nihil commune nu.139.& 140.communem dicit.

18 ¶ Relictum per uxorem filio mariti,non habita mētione patris,nec patriæ poteſtatis,intelligitur factum intuitu filij,& non patris. Stephanus.Bertran.in l.hac ædicta.C.de ſecund.nupt.numer.13 communem dicit.

19 ¶ Relictum filiæ ſi nupſerit centum, & ſi non

 quinqua-

quinquaginta,ſi ingrediatur in monaſterium: habebit centum. Deci.conſi.64.Io.duran in arte teſtan.ti.6.cau.64.Deci.con.419.communem dicit.

20 ¶ Religioſis poteſt induci durior uita ſecundũ regulam,& ordinem. Panor.in cap. ad noſtram nu.4.de appell.communem dicit, & Deci. nu. 6.

21 ¶ Relegato debet reſtitutio concedi.Cur. iuni. conſi.182.nu.13.communem dicit.

22 ¶ Renuntiatio exceptionis non numeratæ pecuniæ tempore cautionis, emiſſæ eſt nulla, Alexan. in conſi.35.uol.1.communem dicit quem refert & idem ſentit Coua.in ſuis reſo.cap.4.nu.3.li.1.

*§ De iure regio, contrarium eſt determinatum p l.9.ti.1.par.5.

23 ¶ Renuntiatio omnium caſuum per quos reuocatur donatio:non ualet Rube.conſi.94. communem dicit.

24 ¶ Renuntiatio reductionis ad arbitrium boni uiri,uel appellationis in compromiſſo non operatẽ contra enormiſsimam læſionem.Curt.iuni. conſi. 79.nu.4.communem dicit.

25 ¶ Renuntiatio facta in iuditio, tollit ius conditionale. Io.a Ripa in l.conditionis. nu.16.C.de pactis communem dicit.

26 ¶ Amplia ad renuntiationem iuratam.Idem ibi nu.17.communem dicit.

27 ¶ Renuntiatio generalis cum iuramento,operatur circa legitimam.Io.de Ripa de le.li.1.c.6.nu. 8.communem dicit.

28 ¶ Amplia ad renuntiationem bonorum paternorum cum iuramento. idem ibi nu.13. communẽ dicit cõtrariam:dicit communem Boe.dec.3. nu. 7.ſed tene primam: quia plures ſunt qui tenent

eam

eam . ut per Coua.in relecti.cap. quamuis de pa-
ctis.par.3.§.3.nu.3.

29 ¶ Renuntians beneficium in manibus prelati po
teſt pænitere antequãalteri facta ſit collatio Boe.
dec.350.num.5.communem dicit.

30 ¶ Repreſaliæ poſſunt concedi contra clericum
debitorem.Guido papa deci.34.communẽ dicit.

31 ¶ Res legata non cenſetur hipothecata legata-
rio : ſed ſolum aliæ res teſtatoris . Ange.in.§.1.in
ſti.delega.nu.5.communem dicit

32 ¶ Reſcriptum ad beneficium poteſt quis impe-
trare pro alio abſque mandato. Ripa in cap.ad au
res de reſ.nu.35.communem dicit.

33 ¶ Reſcriptum ſecundum non faciens mentionẽ
de prima,non eſt ipſo iure nullum ; ſed uenit an-
nullandum ope.exceptionis, Panor.in cap.cæte-
rum nu.5.de reſ.communem dicit.

34 ¶ Reſcriptum impetratum ad obſeruantiam iu-
ris communis contra habentem priuilegium
concernens merita cauſę:non tenetur facere men
tionem . de priuilegio Panor.in cap.cum ordinẽ
de reſ.communem dicit.

35 ¶ Reſcriptum ſi dicitur ſubrreptitium : non ſuf-
ficit ſolum de ſubrreptione excipere : ſed requiri
tur quod excipiens appellet . Panor.in d.cap.cæ-
terum num.9.communem dicit.

36 ¶ Reſcriptum principis nouas,ac inſolitas clau-
ſulas continens, preſumitur falſum : & non uenit
exequendum Io.Nico.in addi. ad Alci. in tracta.
de preſum.re.2.preſum.3.in fi.communem dicit.

37 ¶ Reſcripti ſola impetratio ad diuerſos iudices
ſine uſu ; non punitur Gometi. in cap. diſpendia
nu.28.de reſ.in 6.communem dicit.

Reſtitu-

38 ¶ Reſtitutio ex capite ignorantiæ poſt quadraginta annos infra quadriennium competit eccleſiæ, & pauperibus, reiecta opinione. Alexan. dicentis quod poſt centum annos. Boe. dec. 39. nu. 7. & Bello. conſi. 46. nu. 15. communem dicit.

39. ¶ Reſtitutio ex capite ignorantiæ, datur contra preſcriptionem triginta annorum. Bertran. cõſ. 15. uol. 1. nu. 42. & Curt. iuni. conſi. 57. numer. 3. & Balbus de preſ. in 4. par. 4. par. q. 29. communem dicunt.

40 ¶ Limita, tam in preſcriptione quadragenaria, quàm in alia: ſi reſtitutio in integrum petatur pro conſequendo lucro. Iaſo. in l. poſsideri. §. labeo num. 14. de acquir. poſſe. ff. communem dicit.

41 ¶ Nota primo, quod hoc quadriennium infra quod reſtitutio eſt poſtulanda: incipit currere à tempore læſionis, & impletæ preſcriptionis. Balbus de preſtri. in 5. par. q. 2. communem dicit.

42 ¶ Nota ſecundo, quod hoc quadriennium non currit per uitam Prelati alienantis. Idem Balbus ibi communem dicit. Et de hoc quadriennio uide ſupra in uerbo abſens nu. 2. cum ſequentibus.

43 ¶ Reſtitutio in integrum tranſmittitur ad hæredem hæredis impeditum ex aliqua cauſa non adire hereditatem. ſibi delatam. Rube. 57. nume. 2. communem dicit.

44 ¶ Amplia, ad heredem ab inteſtato. Io. Mau. de reſti. in inte. cap. 288. communem dicit.

45 ¶ Reſtitutio in integrum per clauſulam generalem datur hæredi non ſolueti canonem, etiam aduerſus preſcriptionem quadragenariam. Hiero. Cagno. in reg. qui in alterius. ff. de reg. iur. nu. 6. communem dicit. ubi uide bonam diſtinctionem

uide

uide in littera.c.nu.70.

46 ¶ Reſtitutio in integrum ex clauſula generali datur contra ſenium ex ſcriptura de nouo reperta. Cur.iuni.conſ.18.nu.1.communem dicit. quã intellige in reo: non autẽ in actore. & uide Boe. dec.307.& Iaſo. in l. imperatores numer. 6.ff.de re.iudi.

*§ Nota iſtam communem ad ampliationem l.1.ti. 26.par.5.

47 ¶ Amplia ad teſtes de nouo repertos. Iaſo.in d. l.imperatores num.10.communem dicit: quam communem intellige in uniuerſitate, eccleſia, ac miniore: nam in alijs ſtat regula in contrarium de qua per Iaſo.in d.l.imperatores. ubi ponit regulam, & limitationes.

48 ¶ Reſtitutio eſt neceſſaria: quando petitur ſententiam retractari ex eo quod fuit lata ex falſis probationibus: licet ſit tutus ex probatione falſitatis: Iaſo.in l.diuus Adrianus numer. 8.ff.de re iudi. communem dicit.

49 ¶ Nota primo, quod hæc exceptio, uel actio falſitatis eſt proponenda infra quadriennium quod datur ad reſtitutionem in integrum petendam Iaſo.ibi nu.30.magis communem dicit.

50 ¶ Nota ſecundo, quod adhoc quod competat reſtitutio: ſufficit probare falſitatem teſtium ſine eo quod probet corruptelam: niſi petens ad utrũque aſtringatur probandum. Iaſo. ibi numer. 18. communem dicit.

51 ¶ Amplia, ſi utrumque ponatur in diuerſa oratione: uel quando unum non qualificat alterum, ut ſi dicatur, actor produxit teſtes falſos, & corruptos: non tenetur ad utrumque probandum. Iaſo. ibi

num.

num.22.communem dicit.

52 ¶ Reſtitutio conceſſa minori in his quæ ſunt indiuidua, & conexa ad conſortes extenditur. Ioa. Mau.de reſti.in inte.c.185. communem dicit.

*§ De iure regio, licet appellatio unius ex ſocijs proſit omnibus alijs tamen ſi ſentētia retractatur: ex reſtitutione minoris habentis rem cōmunē: non prodeſt alius l.5.ti.23.par.3.quæ uidetur eſſe contra noſtram communem.

53 ¶ Reſtitutio in integrum ceſſat in executionibus pœnarum. Mau.cap.152. communem dicit.

54 ¶ Reſtitutio in integrū poteſt delegari indiſtinctè. Iaſ.in l.nequicquam nu.82.ff. de offi. procōſ. communem dicit.

55 ¶ Reſtititutio, ſi alicui eſt facienda de aliqua re: ſufficit quod in bonitate intrinſeca, ac ſubſtantia non mutata reſtituatur. Boe.dec.327.numer.11. communem dicit.

56 ¶ Reſtitutio in una cauſa conceſſa circa, eādem rem non poteſt reſtitutio iterum poſtulari: nec eſt concedenda. Io.Mau.de reſti.in inte.ca. 258. communem dicit.

*§ Nota iſtam communem ad intel.l.18,in ordi.de madrid.ubi prohibentur minores reſtitui: ſecundo ad opponendum, & excipiendum in cauſa. ꝙ illa prohibitio extenditur ad totam cauſam, etiā cauſæ appellationis.

57 ¶ Retractatio actus eſt pœna. Boe.deci.1.communem dicit.

58 ¶ Retractus rei uenditæ qui datur conſanguineo, uel ſotio per ſtatutum, uel conſuetudinem: eſt contra ius commune. Tiraquel.de utroque re trac. de retrac.lignagier.§.35. numer.8. commu-

nem

nem dicit.

56 ¶ Reuocatoria non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem habētem rem alienatam in fraudem: niſi principalis antea excutiantur. Iaſ. in.§. item ſiquis de acti nu.67.communem dicit.

60 ¶ Limita,ſi notoriè conſtat nulla bona habere alienans. Idem ibi num.68.communem dicit. & ponit alias ſeptem limitationes.

61 ¶ Reus,ſi actor eſt contumax,& nihil probat:abſoluitur diffinitiuè quando tempus eſt aſsignatū ad probandum,ſi autem nullum tempus eſt aſsignatum abſoluitur ab inſtantia. Iaſo.in l.properādum.§.etſi quidem numer.15.C.de iudic.communem dicit.

62 ¶ Amplia iſtam communem in tantum eſſe ueram: quod abſolutus reus,quia actor non probauit: amplius de delicto illo nō pōſt accuſari nec p actorem,nec per alium.Coua. in reſo.c.1.li.1.nu. 8.communem dicit ex Docto.in l.qui de crimine C.qui de accuſa.

63 ¶ Reus exceptionem ſuam probans dubiè, etiā ſi actor plenè probauerit: eſt abſoluendus quando dubia probatio eſt talis quæ poteſt facere actū licitum. Iaſo.in l.non ſolum.§. ſciendum num.6. de no.ope.nunt.ff.communem dicit.

64 ¶ Reus debet in expenſis condemnari ſi ſuccumbat:etiam ſi ſententia ſit interlocutoria. Iaſo.in l. properandum.§.ſiue autem numer. 19. communem dicit.

¶ Fallit,niſi iuſtam cauſam habuit litigandi,Hiero.Cagno.in l.in alterius.ff.de re.iur. numer. 25. communem dicit.

*§ Concor.cum l.7.ti.22.par.3.per quam declarat l.39.

l.39.ti.2.& l.8.ti.3.par.ea & l.6.ti.13.li.2.fo.ll.& uide quæ habes in uer.iudex.
¶ Reus conuictus de homicidio,poteſt ſe iuuari quod ad ſuam defenſionē facit. Hiero. Cagno. in l,nemo num.4.ff.de re.iur.communem dicit.
65 ¶ Reus inuentus cum aliqua re ſubtracta; ſi res eſſet manſura in loco ubi inuenitur: poteſt ibi cō ueniri. aliàs ad ſuum iudicem data ſatisdatione, remittitur; Boe.dec.218.numer.3.& 4. communem dicit.
*§ Aliter diſponitur in l.32.ti.2. par. 3. in cau. 12. ubi diſponitur quod ſi res mobilis, uel ſe mouens ſi alicui petatur: quod ibi reſpondere debet ubi inuenitur: etſi ſit bonæ famæ,ſubſideiuſſoribus de iudicio ſiſti & iudicatum ſolui res ſibi traddatur, alias ſi ſit malæ famæ detinetur cum re; & de re ſemouenti,eſt l.5.ſtili. Et nota dictum aureum Ang.in l.2.ff.ui.bon. rapt.ubi dicit quod poſſum & propria authoritate roncinum meum qui ſubtractus eſt furtiuè: accipere, de quo per Iaſo. in conſi.20.uol.3.in primo.quam communem habui de facto, & pro iſta opinione fuit liberatus Ares comes de pinnero: & uide Pet.Rauen.in alpha. aure.in uer.fur.
66 ¶ Reus opponens ſe in iuditio, cum clauſula, quod per actus quos facit nō uideatur prorogare uiriſditionem: non intelligitur prorogare iuriſditionem. Io. de Ripa in cap.cum m.num. 99. de conſti.communem dicit. Et uide in uerbo proteſtatio nu.277.
67 ¶ Rogatus hæreditatem expendere poſt mortē in uirgines maritandas,uel in pauperes: non poteſt illam erogare in uita. Decius in l. cum tempus

pus de re.iu.ff.communem dicit. Contrariam ueriorem & communiorem dixit Hiero. Cagno. in d.l.per totam optimis fundamentis.

68 ¶ Rubrica generalior nigro non reſtringitur p nigrum ſpecialiter loquens: Immo ex ipſa rubrica generalior poteſt extendi nigrum. Curt.iuni. conſi.107.nu.2.communem dicit.

69 ¶ Rubrica generalior nigro, poteſt allegari in ſua generalitate. Cur.iuni.conſi.65.nu.3.communem dicit.

70 ¶ Ruſticus adhoc quod poſsit petere reſtitutionem contra contractum initum contra ius: deberet ſaltem conſulere duos in iure peritos: & non ſufficit unum. Io.Mau.in trac.de reſti.in inte.ca. 88.communem dicit.

S

1 SAlarium integrum debetur poteſtati mortuo ante finitum offitium. Iaſo. in l. diem functo numer.38.ff.de offi.aſſeſſo.& Iunior.num.29. communem dicunt.

2 ¶ Amplia,in ſalario aſſeſſoris.Iunior. ibi nu.37. communem dicit.

3 ¶ Amplia ſecundo, in ſalario doctoris legentis. Idem ibi communem dicit.

4 ¶ Amplia tertio,in aduocato. Idem ibi num.53. communem dicit.

5 ¶ Nota quod ſi preſidens remoueatur propter culpam ſuam non perdit ſalarium preteritum,ſed futurum. Idem ibi.nu.53.communem dicit.

6 ¶ Salarium aduocati,uel procuratoris pars non petit ſi gratis offitium exercuerũt,Boe. dec. 210.

num.

num.5.communem dicit.

7 ¶ Amplia in aduocato,qui propriam cauſam proſecutus fuit: quia non repetit ſalarium; ſi uincat. Boe.dec.210.nu.3.communem dicit. Et uide ſupra aduocatus nu.44.

8 ¶ Scientia,& patientia principis non requiritur in preſcriptione de cuius initio nō eſt mæmoria: etiam ſi preſcribatur merum,ac mixtum imperiū. ſecus,in alia preſcriptione, Balbus in tracta. de preſ.par.2.par.5.q.3.q.2.communem dicit.

9 ¶ Amplia,etſi preſcribantur uectigalia, uel pedagia. Idem Balbus in q.4.communem dicit.

10 ¶ Amplia ſecundo, etiam ad uectigal,uel pedagium nondum formatum. Idem Balbus in d. q. 4. communem dicit.

Nota quod in hac preſcriptione. ſufficit offitialis. Idem ibidem communem dicit.

11 ¶ Scriptura habens plura capitula, poteſt pro parte approbari: & pro parte improbari, Bello. conſi.46.num.11.communem dicit.

12 ¶ Scriptura ſumpta ex archiuo publico, probat ſolum inter ſubditos archiui. Carolus Molin. in conſue.pariſien.ti.1.de mater.feuda.§.2.num.25. & 26.communem dicit: licet ſibi non placeat.

13 ¶ Srciptura campſoris nō probat contra alium: licet contra ſe ſic. Sali.in l.1.num.9.C. de æden. communem dicit.

14 ¶ Scriptura priuata,adhoc quod ualeat:requiritur ſubſcriptio trium teſtium. Iuxta l. ſcripturas. C.qui poti.in pigno.habeant: teſtes autem debēt eſſe uiri:& nō ſufficiūt fæminæ. Aymon.in tra.de antiq.temp.in 1.par.in uerbo propoſitum noſtrū nu.34.communem dicit.

Sententia

15 ¶ Sẽtentia interlocutoria non eſt neceſſe quod in ſcriptis proferatur. Iaſo. in l. nequicquam nu. 59.de offi.pret.communem dicit.

16 ¶ Sententia abſolutoria ab obſeruatione iuditij licet ſit interlocutoria habet tamen uim diffinitiuæ. Coua in reſo.li.1.cap.1.num.8. communem dicit ex Rebuffo.in l.quod iuſsit num.48.ff.de re. iudi.

17 ¶ Sententia interloqutoria quo ad partes, tranſit in rem iudicatam: quo ad iudicem tamen non, Prep. in c.12.q.1.& Iaſ.in l.quid iuſsit nu.46. de re.iudi.ff.communem dicit.

*§ De iure regio, iudex habet terminum trium dierum ad illam reuocandam. etſi ab eo fuerit appellatum: uſque quo deueniat ad iudicem ad quem. l.3.ti.2.li.2.fo.ll.Et de hoc loquitur l.3.& 5.ti.13 & l.1.ti.15.li.2.fo.ll.

18 ¶ Amplia, etiam ſi contingat aliquod factum: poteſt reuocari. Iaſo.ibi numer. 23.communem dicit.

19 ¶ Amplia ſecundo, quod in tantum eſt uera: ꝙ ſi pars in proſecutione appellationis fecerãt expenſas: non ſunt reſarciendæ. Iaſo.ibi numer. 9. communem dicit.

20 ¶ Fallit in interlocutoria, in qua iudex pronunciatur eſſe iudicem quia per eum non poteſt reuocari. Iaſo.ibi nu.9.communem dicit.

21 ¶ Fallit ſecundo, in interloqutoria bis confirmata gloſ.in cle.ſi.in uer.ſuper ea de appell.ſecundũ Secut. & Car.ibi & Auſer.in addi.ad Dec.tholo. 281.quia tunc nec per iudicem, nec per partes poteſt reuocari. Et uide Alex.conſi.99.uol. 5.

22 ¶ Sententia lata contra uaſſallos, ſciente domi-

no,preiudicat domino quantum ad poſſeſsionem non quò ad proprietatem. Feli.in ca. cum ſuper nu.12.de re iudi.communem dicit.

23 ¶ Sententia ex teſtimonio periti in arte numquam tranſit in rem iudicatam Hiero. Cagno. in reg conſilij de re.iuris.ff.nu.32.communem dicit.

24 ¶ Sententia quæ tranſit in rem iudicatam nō poteſt impugnari ex eiſdem actis.Cur.iuni.conſi. 9. nu.6.communem dicit.

25 ¶ Faallit, ſi appareat euidenter iniqua ex eiſdē actis. quia numquam tranſit in rem iudicatā.Cur. iuni.conſi.124.num.14.communem dicit: & eſt ipſo iure nulla. Iaſo.in l.errorem nume.11.C.de tranſac.communem dicit.

26 ¶ Item ſententia prolata non uiſo proceſſu, eſt ipſo iure nulla: ſi conſtat. Anto. de tremo.in addit.ad bonac.in prac.excepti.in rub.de impe.executi.nu.17.in uerbo alij caſus uerſi.quid autē. de publicatione teſtium. communem dicit.

27 ¶ Item ſententia lata pro abſente non contumace non ualet.Iaſo.in l.nequicquam.ff.de offi. preto.& in l.furioſo numer.3.de re. iudi.ff. communem dicit.

28 ¶ Amplia iſtam communem: etiā ſi ſit lata in fauorem furioſi, uel abſentis qui non potuit citari Franc.de Aret.in cap.cauſamquæ de iudi. nu. 23. ex Anto.ibi & ex gloſ. in l.furioſo & in l. quæſitum.ff.de re iudi.

29 ¶ Item ſententia diffinitiua, uel interlocutoria, parte cuius intereſt:non citata,non ualet, Anto. de tremo.in addit.ad bonac. in prac. excepti. nu. 17.in fi.oommunem dicit..

30 ¶ Item ſententia referens ſed ad aliquod inſtrumentum;

mentum;quod non eſt in proceſſu:non ualet: ſecus tamen.ſi eſt in proceſſu.Iaſo.in l.ait pretor.§. ſi iudex.num.19.ff.de re.iudi. communem dicit. quia ad alia acta iure poteſt ſe referre. Sebaſtia. uanti⁹ de defectu proceſſu.& ſolemni. num.105. communem dicit.

31 ¶ Amplia etiam ſi iudex ſit informatus de dicto inſtrumento non tamen producto in iuditio. Coua.in ſuis reſo.ca.1.li.1.num.9.communem dicit ex Areti.in cap.3.de accuſa. nu.14.

32 ¶ Sententia prolata de nocte non ualet, Iaſo.in l.non minorem num.3.C.de tranſac. communem dicit.

33 ¶ Item ſententia lata pro maiori contra minorem ex falſis teſtibus, aut probationibus eſt ipſo iure nulla: & non eſt neceſſaria reſtitutio. Iaſo. in l.ſiquis ad quem.ff.de acquir. hære. communẽ dicit. ſi tamen proferatur contra minorem: non eſt ipſo iure nulla: ſed cum benefitio reſtitutionis in integrum petito infra quadriennium ſecundũ magis communem opinionem, ut atteſtatur Ant. de tremo.in addit.bonac.in rub.de excepti.& bene num.3.in uer.uel inſtrumenta.

§ Nota iſtam comunem ad intel.l.1.ti.26.par.3.& eſt maximi effectus: quia ſi eſſet ipſo iure nulla: deberet nullitas proponi intra ſexaginta dies latę ſententię. per l.2.ti.15.li.3.ordi.ſed cum requiratur reſtitutio ſufficit quod proponatur infra quadriennium. quod nota, & circa iſtam l. nota dictum notabile Bal.in trac.de preſ.in 4.par.4. par. q.32.col.66.num.4.cum ſequen. ubi dicit quod ſi apparet de nullitate manifeſtè in perpetuum poteſt dici de nullitate. ſecus tamen, quia non du-

rat niſi per triginta annos.

34 ¶ Item ſententia,in qua non eſt appoſitum uerbum abſoluo,uel condemno: non ualet.Iaſo.in l. errore.C.de teſta.nu.3.communem dicit.

35 ¶ Sententia in una parte inualida, quando ſunt plura capitula: non eſt in totum inualida. Anto. nice.in concord.gloſ. concorda. 55. communem dicit.

36 ¶ Sententia nulla ex turpitudine iudicis non poteſt iudex qui protulit, corrigere.nec aliter pronuntiare,Panor.in cap.cum oporteat num.6. de accuſ. communem dicit.

37 ¶ Sententia iniuſta quæ tranſit in rem iudicatā: ſi hoc cōſtat per confeſsionem partis,uel ſi ſit notorium condemnatus; reſtituitur non obſtante re iudicata. Alci.in cap.nouit de iudi.num.40. communem dicit. Et poteſt etiam retractari per euāgelicam denuntiationem.Iuni.in conſi.104.nu.4. communem dicit. Et uide Boe.dec.306.

38 ¶ Sententia arbitramentalis quæ tranſit in rem iudicatam a partibus emologata debet obſeruari. Cur.iuni.conſi.177.nu.13. communem dicit.

39 ¶ Sententia lata per arbitros cum clauſula arbitratrorum, & arbitrorum, ſi pronuntiant tanquā arbtriri, & arbitratores: cenſetur prolata tanquam arbitratores. Io.de Ripa in li.2.de reſ.ca.2 nu.5.communem dicit.

40 ¶ Sententia poteſt proferri de conſenſu partiū per iudicem ordinarium: arbiter autem non poteſt. Iaſo.in l.ſi conuenerit. de re.iudi.num.7.ff. communem dicit. quam intellige ſi a partibus nō ſit emologata. ſecus tamen,cum pariat actionem in factum. Bar.in d.l.ſi conuenerit.

Nota

41 ¶ Nota quod ſententia arbitri emologata ex cõpromiſſo, rato manente pacto, producit actionẽ in factum Iaſo. in l. ait pretor nu. 12. ff. de re iudi. communem dicit.

42 ¶ Sententia ſi per iudicem appellationis ſit confirmata: producit actionem, & ex ea agitur & nõ ex prima, Iaſo. in l. res iudicata num. 11. ff. de re iudicata communem dicit.

43 ¶ Fallit, ſi ſententia appellationis ſit confirmata ex deſertione primæ per lapſu m fatalium: cum ſit interlocutoria: agitur ex prima, Iaſo. ibi nu. 14. communem dicit.

44 ¶ Sententia lata contra hæredem, per quam eſt pronuntiatum teſtamẽtum nullum: preiudicat legatarijs. Alexan. in l. ſæpe. ff. de re iudi. magis communem dicit. ut refert Anto. de tremo. in addit. ad bonacur. in pract. excepti. in rub. de excepti. & bene, num. 5. in uerbo nota autem nono.

45 ¶ Sententia licet ſit pronuntianda in loco maiorum. tamen propter neceſsitatem eminentem, poteſt proferri ſuper turrim. Iaſ. in l. ab antiquis C. de teſta. communem dicit.

46 ¶ Sententia continens certam diſpoſitionem, licet adiciantur (prout hactenus ſolitum eſt) illa uerba non faciunt conditionem: nec oportet aliquid probare. quando petitur executio. Cur. iuni. conſi. 97. num. 3. communem dicit.

47 ¶ Sententiæ uerba ſtrictè ſunt intelligẽda. Curt. Iunior. conſi. 74. communem dicit.

48 ¶ Sententiam, uel proceſſum in fauorem falſi procuratoris, dominus poteſt ratificare, ſiue maior, aut minor, Iaſo. in l. licet de procura. C. num. 10. communem dicit.

49 ¶ Sepultura prelati, licet, ſit honeſtū, quod ſperetur ante electionem: non tamen eſt neceſſaria. Guid.conſi.206.nu.1.communem dicit.

50 ¶ Sequeſtrum non tollit poſſeſsionem ſi eſt neceſſarium: ſecus, ſi eſt uoluntarium. Cur.iuni.de ſequeſtris q.2.num.71.communem dicit. uide in uerbo poſſeſsio.

51 ¶ Sequeſtrum regulariter tollitur a ſatisdatione Balbus dec.240.Cur.iuni.de ſequeſtris q.14.communem dicunt.

52 ¶ Sequeſter poteſt preſentare beneficium eccleſiaſticum. Io.Cora.in miſcel.li.3.cap.2.num.16. communem dicit. licet contrariam dicat communem Corſettus in ca. examinata de iudi. ſed hanc dicit magis communem Lambertinus de iur. patro.q.9.ar.3.li.1.par.2.

53 ¶ Seruus acquirit domino ignorāti ex cauſa peculiari poſſeſsionem, & uſucapiendi conditionē. Sed ex cauſa nō peculiari licet acquirat poſſeſsionem: non tamen conditionem uſucapiendi. Iaſo. in l.poſſeſsio appellata.§.item acquirimus nu.39. ff.de acquiren.poſſe.& in .§.per ſeruum numer.8. communem dicit.

54 ¶ Seruitus non dicitur propriè quæ per perſonā perſonæ debetur. Cora.in rub.de ſerui. num. 13. communem dicit.

55 ¶ Seruitus, uel ius piſcandi, uel ſecandi ligna ex nemore, uel paſcendi pecora in pratis alienis eſt perſonale. Idem Cora.ibi numer. 208. communem dicit.

56 ¶ Seruitus de non edificando molendinum, preſcribitur a tempore preſcriptionis aliorum habētium molendina. Iaco.de ſan.Georgi. in trac.de

feudis

feudis in uerb.molendino nu.5. cômunem dicit.

57 ¶ Seruitus,uel ea quæ habent cauſam diſcontinuam: non preſcribitur niſi per tantum tempus de cuius initio non eſt mæmoria in contrarium: etiam contra ſcientem.Cur.iuni. con.178.nu.28. & 38. communem dicit & in uerbo preſcriptio.

58 ¶ Seruitutis probatio inducitur ex cauſa habili allegata,& probato tempore. Prepo.in cap.quia cognouimus 10.q.3.communem dicit.

59 ¶ Signum notarij non eſt neceſſarium quod apponatur licet ſit utile propter comparationem, Alexan.in rub.de noui.ope.nuntiat.ſt.numer.14. communem dicit.

60 ¶ Singuli de uniuerſitate,quando agitur de paſcendo nemore: non ſunt idonei teſtes: cum agatur de proprio intereſſe.Bertran.conſi.42.nu.13. communem dicit.

61 ¶ Nota tamen differentiam inter vniuerſitatem laicam,& eccleſiaſticam: quia canonici, licet uiuant de redditibus eccleſiæ:tamen ſunt idonei teſtes. laici autem non, ſi ex redditibus uniuerſitatis quærant uictum. Et hanc diſtinctionem dicit communem. Bello.conſ.63.nu.19. ex Afflicta deciſ.neapo.400.& Panor.in.c.inſuper de teſtibus. & Soccino in reg.408.fallen.111.vbi cõem dicit.

62 ¶ Simonia non eſt: recipere aliquid pro labore in ſacramento miniſtrando: dummodo nõ ueniat in pactione rei ſpiritualis:etſi modicum ſit.Prep. in.c.iudices.1.q.1.communem dicit.

63 ¶ Amplia ad recipientes aliquid tẽporale à ſponte dante.Io.à Rip.in.c.cum m. de conſti.num.17. communem dicit

64 ¶ Seu,dictio in legatis ampliat.Soc.in.l.ſi is qui

ducenta.§. utrum col.2.ff. de rebus dubiis. communem dicit contra Deci. & alios in.c.inter cæteros.de reſ.

65 ¶ Societas omnium bonorum tacitè, bene poteſt contrahi.Iaſo.conſi.21.vol.3.et conſ.3. communem dicit.

66 ¶ Societas preſumitur inter fratres: ſi ſimul poſt mortem patris uixerunt hæreditate indiuiſa,et lucra communicata non data ratione. Alci.in trac. preſum. reg.1. preſum. 25. in principio communem dicit.

67 ¶ Solemnitas requiſita per.cap. ſine exceptione 12.q.2.in alienatione rerum eccleſiaſticarum, nō poteſt tolli conſuetudine. Solemnitas autem introducta per Authen. hoc ius porrectum.C.de ſacro ſan.eccle. tollitur conſuetudine. Iaſo.in.l. de quibus.ff.de legi.nu.62.communem dicit.

68 ¶ Solemnitas extrinſeca preſumitur ex tempore longiſsimo triginta annorum. Aymon.de antiquit. tempo. par.3. in uerbo primo. nu.25. communem dicit.

69 ¶ Amplia iſtam communem ad mandatum procuratoris inſertum in alio inſtrumento antiquo. Boe.dec.281.nu.15.communem dicit ex Alexa. conſi.101.uol.7.

70 ¶ Limita primo,qnando ex eius aſpectu apparet defectus. Curt.iuni. conſi.130.numer.4.communem dicit.

71 ¶ Amplia etiam,in alienatione rerum eccleſiaſticarum. Io. de Ripa in l.62.de reſ.cap.22.communem dicit

72 ¶ Solemnitas intrinſeca materialis non preſumitur: ut eſt pretium in uenditione. Alber.bru.

de

de forma & ſolemni.in parte de proba.& preſum pti.formæ.conſi.5.communem dicit.

73 ¶ Solemnitas ſententiæ præſumitur quando par tes fuerunt preſentes, Aymon.in 2. par. in uerbo ſed iſta limitatio num.15.cnmmunem dicit.

74 ¶ Solutio debet fieri de moneta antiqua quę cur rebat tempore contractus. Cur.iuni. con. 24. nu. 4.communem dicit.

75 ¶ Fallit quando valor monetæ extrinſecus eſt mutatus: quia tunc inſpicitur tempus ſolutionis, & non contractus. maximè quando debitor eſt in mora, Boe. deci. 327. nume.4. communem dicit.

76 ¶ Amplia,& in reſtitutione dotis.Fran.de aret. conſi. ij.communem dicit.

77 ¶ Nota quattuor cõcluſiones communes in hoc quando pecunia mutatur: Prima, ſi tempore ſolu tionis ex toto ſit mutata pecunia, & reprobata: ſoluitur extimatio eius in noua pecunia. Boe. in d.deci. nu. 22. communem dicit.

78 ¶ Secunda, ſi pecunia non eſt mutata ex toto: ſed diminuitur propter diminutionem ligæ, vel ponderis periculum eſt debitoris. Boe. ibi num. 23. communem dicit.

79 ¶ Tertia, ſi pecunia non diminuitur ex liga, vel pondere, vel augeatur: ſed quia principi placuit augmentum, aut diminutio: periculum eſt credi- toris. Idem ibi communem dicit.

80 ¶ Quarta, ſi variatio eſt facta poſt moram debi- toris ſoluere tenetur quanti plurimi fuit poſt mo ram, Idem ibi communem dicit.

81 ¶ Solutio de cõſuetudine poteſt fieri in moneta groſsiori: licet moneta ſit in obligatione. Cur.in

conſ.

conſ.24. nu. 5. communem dicit.

82 ¶ Solutio eſt probanda per dicentem ſoluiſſe quando agitur cum illo cui ſolutio erat facienda: ſecus tamen, ſi cum alio tertio opponente de non ſolutione: quia negatiua non ſolutionis, eſt probanda per opponentem. Iaſo. in l. in emphiteoticarijs num. 133. C. de iur. emphi. cõmunem dicit.

83 ¶ Solutionis exceptio ſemper poteſt opponi in executione ſententiæ, uel contractus habentis executionem paratam. Hiero. Cagno. in l. bona fides num. 2. ff. de re. iur. communem dicit.

84 ¶ Solutio partis ſtipulationis iuxta l. 2. §. & horum. ff. de uerb. obli. repetitur conditione in debiti. Alci. in d. l. nu 52. communem dicit.

85 ¶ Soluere promittens in certo loco cum renunciatione fori, poteſt ibi conueniri, etiam ſi ibi nõ inueniatur, Alci. de preſum. re. 3. preſum. 36. communem dicit.

86 ¶ Soluens timore ſtatuti dicitur habere iuſtum metum. Curt. iuni. conſi. 126. numer. 4. communem dicit.

87 ¶ Spoliatus a iudice non poteſt petere. ut ante omnia reſtituatur: cum preſumatur pro iudice, Cur. iuni. conſi. 175. nu. 5. communem dicit.

88 ¶ Sponſalia tranſeunt in matrimonium per copulam, etiam ſi ſit proteſtatus quod non intendit per copulã contrahere matrimonium. Ripa in c. cum in. de conſti. nu. 95. & Coua. in epi. 4. ca. 5. nu. 18. communem dicunt.

89 ¶ Sponſalia ex ſola tradductione ad donum, nõ tranſeunt in matrimonium. Prepo. in cap. fi. de ſpon. Coua. in d. epi. 4. cap. 4. §. 2. communẽ dicit.

90 ¶ Amplia ad ſponſalia de uerbis quæ non tranſeunt

ſeunt in matrimonium per amplexus, oſcula, & munera. Coua.in epi. 4.§. 2. cap. 4. communem dicit.

91 ¶. Fallit in ſponſalibus de futuro ex iuris interpretatione:quæ contracta fuerunt per uerba de preſenti. quia per amplexus, ac ſigna, ætate ſuperueniente tranſeunt in matrimonium. Coua. in epi.4.cap.4.§.2.nu.3.& Deci.conſi.368.communem dicunt.

*§ Concor.cum l.3.ti.1.par.4.

92 ¶ Amplia,ad matrimonium contractum ante ſeptennium quod ante pubertatem durauit. Coua. ibi nu. fi. ex Deci. Rotæ.462.in nouis. communem dicit.

93 ¶ Sponſalia ſi contrahantur medio iuramento: compellitur iurans contrahere: etſi ſponſa poſt ſponſalia efficitur pauperior cum nihil promiſit: ſecus tamen,ſi promiſit.Coua.in epi.4. cap.5. nu. 3.ex mente Docto.in ca.quemadmodum de iure iuran.communem dicit.

94 ¶ Sponſalia etiam iurata ſoluũtur per matrimonium de preſenti,etiam nondum carnali copula ſubſequta,Coua.ibi num.9.communem dicit.

*§ Concor.cum l.10.ti.1.li.3.fo.ll.quæ faciunt ad intel.l.8.ti.1.par.4.

95 ¶ Sponſalia de futuro non comprehenduntur ꝑ diſpoſitionem punientem matrimonium clandeſtinum. Coua.in epi.4.par.2.cap.6.num.22.communem dicit.

96 ¶ Spurij ex teſtamento,patri non ſuccedunt: & ſtatutum contrarium non ualet: quia datur materia fornicandi. Deci.in cap.in preſentia de proba. Io.duran.in in arte teſtan.ti.1.cau.14.commu nem

nem dicit: niſi cauſa alimentorum. Iaſo. conſi. 26. uol. 1. num. 13. uel ſi conferatur in tempus cum inſtitui poſsint data poteſtate legitimandi in teſtamento. Iaſo. conſi. 117. uol. 2. numer. 15. communem dicit.

*§. De iure regio per l. tau. 9. & 11. & filij naturales matri ſuccedunt non ſtantibus filijs legitimis, etiã ſi tempore mortis ſint aſcendentes legitimi, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, patri autem ſolum ex teſtamento: etſi ſint aſcendentes dumodo non ſint deſcendentes, & in hoc corrigitur l. 8. ti. 13. par. 6. & ui. l. 1. ti. 6. li. 3. fo. ll. in alijs autem filijs adulterinis, uel ſpurijs procedit noſtra cõmunis opi. & concor. cum l. 22. ti. 3. li. 1. ordi. & l. tau. 9. ſed in quantum hæc noſtra communis limitatur niſi cauſa alimentorum d. l. 22. & l. 2. ti. 3. lib. 5, in dicto ordi. quę de nouo approbatur per d. l. 9. tau. non concordat cum communi. Immo ex toto tollit omnem donationem, & legatum factũ per clericum ſuis filijs. ibi ordenamos y mandamos que los tales hiſos de clerigos no ayan ni hereden ni puedan auer ni heredar los uienes de ſus padres cleriogs ni de otros parientes ni ayan ni puedan gozaz de qualquier manda o donacion o uendida que les ſea hecha. Hoc ideo quia leges uitium paternum tantum refrenandum eſſe extimarunt. ut in l. fi. C. de natu. libe. & l. 3. in fin. tit. 21. par. 4. & ibi glo. & ſic non poteſt eis legari expreſsè, nec fictè. ut tradditur, per Dida. de Segu. in l. 3. §. fin. de libe. & poſthu. ff. nu. 145. Et de materia iſtius l. & communis uide per Boe. in conſue. bitu. rub. deſcoſtumes concernens les teſtamens. & Fortu. garcia. de ulti. fi. iuris cohe. 28. cum ſequen. ubi cõ-

cludit

cludit tam ſpurijs filijs, quam procreatis ex damnato coitu alimenta nõ ſunt deneganda quẽ uide.

97 ¶ Spurij filius legitimus non ſuccedit auo: etiam legitimis non ſtantibus, niſi auus prohibeat uſum relictorum filio. Iaſ. in l. hæredibus. ff. qui. ut indi. Io. duran. in arte teſtan. ti. 1. cau. 3. numer. 12. communem dicit.

98 ¶ Statutum diſponens idem quod ius commune addens, uel minuens pænam: non tollit ius commune, Panor. in ca. de cauſis de off. de le. Henrri. de brohic. de ſino. 3. par. ar. 1. nu. 236. communem dicunt. licet Henri. tendat in oppoſitum: & diſtinguit.

99 ¶ Statutum ſimpliciter loquens, non trahitur ad contractus iuratos. Cur. iuni. conſi. 67. numer. 1. communem dicit ex qua iuſtificatur alia communis opinio: quod ſtatutum prohibens donationes ſine decreto iudicis, non habet locum in iuratis. ut per Io. de Ripa. in li. 3. de dona. capi. 10. nu. 3. communem dicit. Et ſic, ſi ſtatutum prohibeat minori contrahere: ſi contrahat, & iurat ualet, & tenetur ad obſeruantiam iuramenti. Iaſ. in Authen. ſacramenta puberum nu. 51. C. ſi aduer. uendit. communem dicit.

100 ¶ Statutum loquẽs in uno ex correlatiuis, etiã ſi ſit correctorium iuris communis: habet locum in alio. Cur. iuni. conſi. 6. nu. 1. communem dicit. de qua uide Iaſo. in Authen. quas actiones. C. de ſacro. ſanc. num. 33. & in l. Iuliam nume. 17. C. de indicta uidu. tollen. & in l. qui condemnare. ff. de re. iudi. nu. 9. communem dicit.

101 ¶ Amplia etiam, ſi ſit pænale. Iaſo. in l. ſi prius ff. de noui. ope. nuntia. nu. 54. communem dicit.

Statutum

102 ¶ Statutum deponens circa ſcribentem manu propria,habebit etiam locum in ſubſcribente.Deci.in Authen. ſiquis in aliquo documento .C. de æden.num.17.communem dicit . ex Angelo in l. ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus.ff.de uerbo. oblig.

*§ Nota iſtam communem ad intel.Pragma.de anno 1524.nu.ulti.in conuentu matricio de apoca recognita,quod habeat executionem paratam.

103 ¶ Statutum diſponens quod, ſententia lata contra unum, poteſt exequi contra alium: ualet, & tenet. Anto.de tremo.in addit.ad bonac.in pra cti.excepti.in rub.de excepti. & bene, quæ poſt nu.5.in uerbo & interdum communem dicit.

104 ¶ Statutum concedens mercatoribus forum, ut coram ſuo iudice conueniantur: intelligitur ſi agitur ſuper re mercantili.Io.de Ripa de legi.ca. 2.nu.2.communem dicit.

105 ¶ Satutum diſponens circa teſtamenta, comprehendit forenſem ibi teſtantem: & trahitur teſtamentum ad bona ubicumque exiſtentia: & hæres ubicumque ſuccedit.Iaſo. in l. cunctos populos num.91.de ſumma trinit. communem dicit.

Contrarium,immo quod uel ſtatutum loquatur cum rebus,uel perſonis:teſtamentum non habet locum niſi in bonis ſitis in loco ſtatuētium: tenet Socc.conſi.292.uol.2.& in con.288.eod.uol. ubi dicit communem. Et magis communem dicit Alexan.conſi.19.uol.6.& in conſi.16.lib.1.num.1 cui applaudit communis opi. de qua per Corne. conſi.162.uol.3.& in conſi.115. uol, 2. dicentem quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos,non extenditur ad bona exiſtentia in alieno territorio. Et cum Socc. referens omnes has commu-

communes opiniones,tranſit Gozza.conſi.49.nu. 8.& 9.& 11.non referens. Iaſo.reprobata opini. Bar.in d.l.cunctos populos.ſed opinio quam communem dicit. Iaſo. ego teneo. ſcimus enim ꝙ teſtamentum per forenſem factum ſecundum ſollemnitatem loci,ubi teſtamentum conficitur: ubi quæ ualere, etiam in locis ubi aliæ, uel diuerſæ ſolemnitates & formæ requirūtur .l.1.C.de emā. libe.cum concor.& Bar.in d.repe.l.cunctos populos in 3.q.ubi etiam tenet Cyn. Sali.& Fulgo. & alij quos refert Alber.bru.in trac.de feu. & ſolē. uerſi.quas res perſonas uel quos caſus fo.96.col. 1.& 2.ſed ſi ubique ualet: ualet quo ad effectum bonorum. ideo cogita.

106 ¶ Statutum diſponens circa ea quæ ſunt uoluntariæ iuriſditionis: comprehendit foreuſes.Iaſo. ibi nu.86.communem dicit.

107 ¶ Statutum non poteſt facere quod lapſo aliquo tēpore,ſtatim creditor cadit a iure ſuo.Socc. conſi.203.communem dicit: ſed uerior & communior eſt contraria,quod poſsit facrre Ferdi.de ſoazes in trac.de matri.nu.23.

108 ¶ Statutum reſpiciens factum in delictis, ſecūdum delictum grauat primum; ut ſi dixerit, qui fecerit tria furta: moriatur. ſed ſi reſpiciat pœnā: non grauat. ut ſi dicat,pro duobus furtis fur decapitetur. Alci.in cap.cum non ab homine de iudi. num.35.communem dicit.

109 ¶ Statutum requirens in contractu ſolemnitatem probatoriam,contractum non firmat iuramētum:ſi illa ſolemnitas non adhibeatur; ut in teſtamento, in quo requiruntur ſeptem teſtes: iuramento non ualidatur. Alci.in cap.cum contingat

de

de iure iuran.num.155.communem dicit.

110 ¶ Statutum non poteſt diſponere quod ingrediens in monaſterium, non ſuccedat. Iaſo. in l. quæſtione.C.de pacti.nu.25. communem dicit.

111 ¶ Statutum, quod inuentus portare arma: ꝙ puniatur: intelligitur ſi fuerit inuentus, & deprehenſus. Bello. conſi.49.nu.4. communem dicit. ex Bar.in l.barſatorem.C.de fideiuſſo.& Doctor. precipuè.Iaſ.in.l.1.ff.de acquir.poſſe.

112 ¶ Item ſtatutum,prohibens ueſtes,uel alia ſub pœna:non inciditur in pœnam niſi apprehendatur cum rebus uetitis. Anto.Gomez.in l.45.num.50. tau.cõmunem dicit ex Angel.in Authen.de ſanc: epiſ.§.reuerendiſsimis colla.9.

§ Nota iſtam communem ad intell. Prag. 215. & 177.& aliarum l.loquentium de prohibitione armorum, ac ueſtium, & aliarum rerum.

113 ¶ Statutum prohibens uxorem teſtari ſine licentia mariti,non habet locum in teſtamento ad pias cauſas. Bello.conſi.19.communem dicit. ex Iaſo.in l.1.C.de ſacro.ſanc.eccle.

114 ¶ Statutum excludens fœminam dotatam, ſolũ excluditur ab hereditate dotátis. Cur.iuni. conſ. 65.nu.1.niſi ſtatutum procedat exprimendo perſonas, ex quo colligitur ad omnes extendi. idem ibi nu.2.communem dicit.

115 ¶ Ex quo ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſsione patris,nõ excluditur filia a ſucceſsione fratris habentis bona patris.Iaſo.in l.poſſeſsio appellata de acquir.poſſe.ff.nu.20.communem dicit. Quia hæreditas adita non dicitur amplius hęreditas.ut per eundem.ibi nu.18.

116 ¶ Item ſtatutũ excludens matrem per patruũ, non

non extenditur ad patruum magnum, Iaſo.in l.ſi mater nu.3.C.ſucceſſo.ædicto.communem dicit.

117 ¶ Itē ſtatutum excludēs ſororem a ſucceſsione fratris, non excludit fratrem a ſucceſsione ſororis. Hiero.Cagno.in l.ſecundum naturam,nu.30. ff.de re.iur.communem dicit.

118 ¶ Statutum excludens cognatos per agnatos, dicitur in fauorem conſeruandæ agnationis,Cur. iuni.conſi.154.num.1.communem dicit & in cōſ. 150.nu.1.

119 ¶ Item ſtatutum excludens fæminas dotatas propter maſculos, & conſtitutum fauore agnationis.Curt.iuni.conſi.107.numer.7.communem dicit.

120 ¶ Amplia etiam ad fæminam ingreſſam monaſterium quod ſtatutum excludens fæminas ab hæreditate ſtantibus maſculis, excludit eam. Io. de Ripa li.1.cap.2.num.2.communem dicit.

121 ¶ Nota quod ſtatutum de agnatis loquens, comprehendit legitimatos, Cur.iuni. conſi.153. communem dicit.

122 ¶ Amplia ad ſtatutū diſponens quod ſtantibus filijs, filię non ſuccedant; quod habet locum niſi ſint filij legitimati. Cur.iuni.ibi magis communem dicit, licet Cur.ſenior in conſi.73.communē dicit contrariam, ſed primam dicit communem. Iaſo.in l.cum accutiſsimi .C. de fideicomiſſ. ſed pro concordia, dic ut dicit Deci.in conſi.306. & Paul.de caſtro, quos refert Gozza, conſi.6. num. 73.quod prima opinio habet locum cum quis eſt ſimpliciter legitimatus. ſecus tamen, ſi ſic legitimatus ut poſsit ſuccedere in bonis parentum cognatorum,& agnotorum in omnibus, & per om-

nia perinde ac ſi de legitimo matrimonio eſſet natus, & ſic procedit communis ſenioris tamen ab hac diſtinctione diſcedit Caro. molin. in conſue.pari.rub.1.§.8.gloſ.1. numer. 50. ubi ſentit legitimatum non excludere filiam etiam ſi legitimatio ſit plena. ubi dicit communem, & affirmat communem etiam in addit.ad Alexan.conſi.2. in uerſi.legitimato uol.1. ſed quod ſat ſit legitimato gaudere diſpoſitione, & fauore communi, ut ſuccedat cum filia legitima. & hęc eſt magis communis opinio.

123 ¶ Nota quod ſtatutum excludens fœminas propter maſculos eſt licitum. Alber. bru. in trac. de ſtatu.excludens fœminas col.2.communem dicit.

124 ¶ Statuto ſtante quod decedente uxore in matrimonio,maritus lucretur dotem:non poteſt maritus plus habere quàm unus ex filijs. Curt.iuni. conſi.122.nu.10.communem dicit quam intellige quando ſtatutum diſponit ſimpliciter: ſecus tamen,ſi adiungat etiam ſtantibus filijs. ſecundum Iaſo.in l.præterita nu. 15. C. unde uir & uxor: quod nota.

125 ¶ Statuentes non poſſunt artare modum probationis reſpectu clerici agentis.Alcia.in ca.cum contingat.de iu.iuran.nu.155.communem dicit.

126 ¶ Stipulatio interpoſita in quacumque materia, ſemper intelligitur ſecũdum materiam illius actus. Iaſo. in l.cum mota.numer.10.C. de tranſacti.communem dicit.

127 ¶ Stipulatio alteri facta firmatur iuramento. Alcia.in d.cap.cum contiugat num.221.communem dicit.

128 ¶ Stipulans ſine cauſa ſi ſciat ſe non debere donare.

nare uidetur ſi tamen dubitetur ſi ſciuerit,uel ne: non ualet ſtipulatio. Curt.iuni.conſi.131. nu. 4. communem dicit.

129 ¶ Subſtitutio popularis facta de duobus filijs, ſi deceſſerit in pupillari ætate: uno premorienti impubere, non habet locum niſi ambo deceſſerint. etiam ſi non ſit poſita dictio, uterque. Iaſo. in l. cum quidam nu.6. de impu. & alijs ſubſti.C. communem dicit.

130 ¶ Subſtitutio pupillaris reciproca facta inter duos filios per patrem emancipato uno, & ſubſtitutione ſublata tollitur & reliqua. Iaſo.in l.teſtamenta.C.de teſta.nu.21. communem dicit. licet ipſe ueriorem contrariam affirmat,& teneat.

131 ¶ Subſtitutio pupillaris non conualeſcit impubere arrogato deſcendente ante arrogatorem. Iaſo.in l.arrogator nu.1.& 38.ff.de adopti.communem dicit.

132 ¶ Subſtitutio pupillaris poteſt per patrem fieri uſque ad pubertatem: filio inſtituto hærede. etiam in legitima ſubſtituere uniuerſaliter per fideicommiſſum non poteſt: licet poſsit in ſubſtitutione pupillari iniungere uniuerſaliter fideicommiſſum,non ſolum in legitima ſed: etiam in alijs bonis ipſius filij.Iaſo.in l.ex tribus.C.de inoff.teſta.nu.2.communem dicit.

133 ¶ Subſtitutio impuberi facta per uerbum commune, ut ſi dicat, lucium filium meum inſtituo, & ei quandocumque ſine filijs deceſſerit: ſempronium.. ſubſtituo.intra tempora pubertatis moriente filio directa eſt,& poſt pubertatem reuertitur in obliquam. Iaſo.in conſi.129.uol.1.& matrem excludit a legitima. Alexan.in l.centurio.ff.

de vulga.& pupil.in conſi.12.uol.3. communem dicunt Deci.tamen in conſi. 128. dubitat de hac communi: & ideo putat deberi dare legitimam matri. & uide eundem conſi.371.

134 ¶ Subſtitutio tacita pupillaris reſultat expreſſa vulgari,& dicta vulgaris expreſſa continet ſub ſe ſubſtitutionem tacitam pupillarem. Iaſo. in l. precibus.C.de impub.& alijs ſubſti. num.6.communem dicit.

¶ Fallit quo ad matrem, quia non admittitur. Iaſo.ibi nu.7.communem dicit.

135 ¶ Subſtitutio ſi fiat per paganum filio compendioſe,per uerbum commune ſubſtituo: ſi contingat filium mori in pupillari ętate: admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari poſt pubertatem: ſi moriatur, ſolum habet locum fideicommiſſaria ſubſtitutio. Iaſo.in d.l.precibus numer. 15. communem dicit.

136 ¶ Limita,quia ſi mater eſt in medio: cenſetur eius fauore talis ſubſtitutio omni tempore compendioſa: etiam pupillo decedente in pupillari, Io.de Ana.conſi.79.& Fran.de are.con.155.communem dicit, licet Iaſo.in d.l.precibus num. 15. teneat contrariam. Immo quod contraria eſt cõmunis: ubi dicit quod cum tractemus de compendioſa ſubſtitutione ſub qua pupillaris continetur: excludit matrem; ſed prima uidetur magis communis.

